PROSPERI ALPINI
DE MEDICINA AEGYPTIORVM
LIBER TERTIVS.

De variarum ſcarificationum frequenti apud Medicos Aegyptios vſu. Cap. I.

ALPINVS, GVILANDINVS.

VILANDINE adſum nunc tibi, ſed tu multo tardius quàm heri in viridarium deſcendiſti, Salue. GVILAND. Et tu quoq; neſcio qua de cauſa tardius huc te contuliſti. Sol enim ſupra horizontem ita ſe extulit, & aerem ita inflammauit, vt nos ſub huius latiſſimæ Platani vmbra conſedere, nunc optimum ſit. ALPIN. Rectè ſuades, ſed vbi hic conſedimus, præſtiterit de medicina Aegyptiorum inchoatum ſermonem recipere, & abſoluere. GVILAND. Cur te igitur ad rem ipſam accingere cunctaris? Nihil mihi iucundius eſſe poteſt, quàm te hic de Aegyptiorum medicina loquentem audire, ac multa ad medendi artem ſpectantia ex te cognoſcere. Supererat opinor, de uarijs ſcarificationibus, quibus illi medici ad vacuandum ſanguinem familiariſſime vtuntur, agendum. Ideo tuum nunc erit eas narrare, atque docere, teque vt id facias etiam atque etiam rogo, ſpero ſiquidem hunc ſermonem mihi non minori fore utilitati, quàm cætera de uarijs mittendi ſanguinem modis ſuperius explicata. ALPIN. Omnibus in Aegypto verſantibus uariarum cutis ſcarificationum pro mittendo, uacuandoq; ſanguine uice ſectarum uenarum, uſus eſt notiſſimus. Quis etenim certis anni temporibus, atque in primis in æſtatis prima parte, innumeris infantibus aures ſcarificatas ibi nõ uidit? eo ſiquidem tempore è centenis quibusq; pueris quadraginta uix ibi reperias, quorum aures ob ſcarificationem goſſipia

non

non geſtent. nec minus frequens eſt crurium ſcarificationis pro ſanguinis vacuatione vſus in omnibus Aegypti locis, præſertimque in pueris, Eunuchis, mulieribus, atque omnibus corporibus molli carne præditis. Hoc etenim vacuandi præſidium ab illis vno aſſenſu venæ ſectionis, vt paulo poſt dicam, vicariũ creditur; proq; tali auxilio, in ijs, qui præ virium imbecillitate ſanguinis vacuationem per venam ſectam non ferunt, hoc ſcarificationis genus apud eos medicos præſto eſſe ſolet. In pluribus etiam ſæpe naſum, vel potius nares ab ijs ſcarificari, atque labia ac gingiuas non minus obſeruatur. Ex his igitur colligo, partes quas illi pro ſanguinis vacuatione ſcarificare ſolent, eſſe aures, nares, labia, gingiuas, loquor de ijs, à quibus citra applicatas cucurbitulas ſanguis educitur, nam adhibitis cucurbitulis plures alias partes ſcarificãt. Amplius quaſcumq; partes etiam corporis extrinſecas, aut aliqua inflammatione antiqua, admodumq; difficili, vexatas, vel cancrena ob malignitatem, vel ob copiam humoris naturali illarum partiũ ſuffocato vel extincto calore, vel aliqua puſtula, vel tumore, vel quacumque re præter naturam detentas, ſcarificatione ſanant. in hydrope, atque ſuppuratis hoc præſidio ad vacuandum utuntur, vt de his ſuis locis nos loquemur. Sed ad eas ſcarificationes, quibus ad vacuandum ſanguinem Aegyptij vti conſueuerunt redeamus, quarum duæ præcipuæ vel primariæ in puerorum uacuandis corporibus ab ipſis adhibentur, aurium quippè una, atq; crurium altera. Reliquarum verò vſitatior, atq; vtilior eſt, quæ intra nares adminiſtratur. Præſentaneum etenim remedium apud eos habetur in omnibus acutis febribus, in capitis cum doloribus, tum inflammationibus uenas intra nares ſcarificari, atque ab ijs tepido dulcis aquæ balneo ſanguinem educi. GVILAND. Dignæ ſunt hę apud illos populos vſitatæ ſcarificationes, ob ipſarum multam vtilitatem, vt locupletiori ſermone, atque pleniore ſtilo à te rurſum' conſiderentur, præſertimq; cum harum pleręq; noſtris medicis ignotæ ſint, is enim, qui hactenus de ipſis à te ſermo eſt habitus me admodum delectauit, ſed quæſo eadem clarius mihi atque accuratius exprime. ab illis ſi lubet quas auribus infligunt, deducto principio.

De

De aurium, narium, labiorum, gingiuarum ſcarificationibus, quas medici Aegyptij pro euacuatione frequentant. Cap. 11.

ALPINVS.

PRIMA eius regionis ineunte æſtate, Campſinis ibi ſpirantibus uentis calidiſſimis, plerumq; aduerſus infantes tonſillarum epidemicæ inflammationes vagantur, febresq; acutæ, atque circa pudendorum partes inflammationes, & vlcera. Quibus malis, atque alijs etiam omnibus ex calore ortum ducentibus, ſuccurrunt aurium ſcarificatione intus vel extra prę-ſtita, ſanguinis vacuationem molientes, vt uero hanc ſcarifiaationem operentur, in primis collo infantium lineo panniculo uincto, atque paululum ea ligatura anguſtiori reddito, tumidiores aures fieri ſtudent, quas eodem tempore ſimul itidem manibus multum contrectant, atque perfricant, aqua calenti dulci eaſdem ſæpius irrigantes, & abluentes, uel ſpongiam calenti aqua plenam auribus ſcarificandis applicant. Quarum exinde magnitudine aucta, atque ruborem inſignem adepta, tribus, vel quinque inciſionibus oblongis rectè per latitudinem, cutem ante vel retro cultro ſcarificant, à quibus ſcarificationibus parũ ſanguinis calido aquæ balneo ſæpe illas abluentes, educunt, atque ferè nullam infantulis tamen lamentationem ploratu aliquo edentibus, ita ſine moleſtia hæc ſanguinis vacuatio conficitur. efſluxo deinceps ſanguine, ſcarificationibus probè lineo panno deterſis, atque ſiccatis, goſſypium adaptant, quod tribus ad ſummum diebus in auribus ſcarificatis geſtant, atque mox ab ipſis rectè conglutinatis, illud abigunt. In omnibus uero acutis febribus, atque omnibus inflammationibus oculorum, aurium atque cæterarum capitis partium, cutim ante uel intra aures poſitam ſcarificant, atque in ijſdem malis partes infernas occupantibus, retro uel extra aures poſitam.

GVILAND. Hoc remedij genus non omnino fore ſpernendum ac negligendum videtur, nec penitus antiquis medicis ignotum fuiſſe, quando apud Hippocratem in 6. epidem. hęc ad unguem legan comm. 5. text. 21.
» tur. Cum adſunt cedmata, uenę in auribus poſteriores ſcindendę ſunt. Sed Galenum aurium iſtam ſcarificationem minime nouiſ-

ſe

se hinc suspicari potest, ex quo ipse in commentario Hippocratem
,, reprehendendo hæc dixerit: In his quidem verbis locutio im-
,, propria, & vitiosa est, ipso scribente, venas in auribus: neq; enim
,, venas in auribus, sed circum aures dicere oportebat: siquidem
,, venę quędam post aures grandiores sunt, in ipsis uerò auribus per
,, exiguæ, vixq; aspectabiles, & plerumque neque perspicuæ. Non
nouerat Gal usum scarificandarum aurium eo modo, quo Hippocrates senex sapientissimus cognouisse legitur. Sed tamen hũc usum aures scarificandi audio multis Saracenorum admodum familiarem extitisse. Quod & Doctissimus Franc. Valesius probè confirmare uidetur, qui in comm. sexti lib. epidem. Hippoc. hæc
,, scripsit: Id quod didici à Saracenorum filijs, quos nuper Philip-
,, pus dominus meus deuicta rebellione, à Granatæ finibus in inte-
,, riorem Hispaniam secedere imperauit. illi utebantur aurium sca-
,, rificatione, quam possit quispiam in hunc Hippoc. locum referre.
Non est itaque difficile credere nunc Aegyptios etiam hac aurium scarificatione uti. Neq; hinc Hippoc. orationem impropriam, vt Gal. uoluerat, esse certò cognoscitur, sed potius hanc Galeno fuisse ignotam putauerim. Alpin. Verumtamen id aut nullius, aut parui adiumenti (cum aurium hę partes, quæ scarificantur ex carnes ac exangues sint, uenisq; vix apectabilibus refertæ) esse quis existimabit, quòd ab harum sectione paucissimus sanguis educatur, qui aut nullum, aut obscurissimum auxilium ijs prestare potest. Valesius ut Hippocratem a calumnia seruaret, qui aurium scarificationes ad coxendicum affectum (vt dictum.) laudauit, ait ijs, quibus ex capite fluente humore ad femora, in eos affectus inciderunt, cauterio aurium partibus, vel ante vel retrò positis inustis uel disectis, posse conferre. Sed quia negare non poterat, hanc scarificationem apud multos Saracenos in vsum esse, iccirco subiunxit, etiam Saracenos hac uti scarificatione, quia sunt timidissimi à missione sanguinis, neutrum iure uidetur credendum, quando Hipp. manifestissime non de aurium cauterizatione uel inustione, sed de scarificatione locutus sit. Neque Saracenos ita sanguinis uacuationem formidare hominum relatione certò constat. Aegyprij uerò atque Arabes, quibus copiosa sanguinis eductio est familiarissima, aurium, ut nuper dixi.) utuntur etiam scarificationibus ad euacuandum sanguinem. Gviland. Puto timorem missionis sangninis in pueris non aliunde venire, quàm ex

ipsorum

ipsorum summe calido atque humido temperamento, habituque maxime aperto ac molli, facillimeq; dissolubili. ex qua copiosa sanguinis uacuatione corpora illorum nimium exoluerentur, qua re Aegyptij pueris quàm parcissimam imperāt vacuationem, cum sua corpora habeant ex temperamento, atque habitu, unde euacuentur promptissima. Hincque in pueris aurium scarificatione sanguinis vacuationem moliuntur, quod ipsa paucissima, tum ijs sufficere, tum minime multum vires dissoluere, queat. ALPIN. Non solum aures, sed & nares ad multa mala non in pueris modo, uerum in omnium ætatum hominibus, Aegyptij scarificare solēt, venas enim intra nares maxima dexteritate scarificant, & ut ipsis lubet sanguinem interim copiosissimum exinde euacuant. Idque naturam immitati in febribus acutis, in quibus prēsertim caput, uel doloribus uel aliqua inflammatione læsum obseruatur, atque in phreniticis, alijsq; ex calidis succis delirantibus, prēcipueq; ex sanguine. Arcanum etenim quoddam apud illos copiosa sanguinis a naribus intus scarificatis missio creditur. In omnibus doloribus, ac inflammationibus capitis partes occupantes, non minusque in ijsdem affectibus oculos infestantibus, in continuis putridis febribus, ubi ruborem in facie, uel assiduas uigilias, uel deliria ēgros uexare conspexerint, statim ad hanc sanguinis uacuationem confugiunt, maximeq; in diebus criticis, in quibus crisis aliqua per sanguinis eruptionem speratur. In phreniticis, atque acute febrientibus, quibus in aliquo creticorum dierum stillæ ex naribus illabentes obseruatæ fuerint, minimeq; exinde sperantes sanguinem postea large fluxurum, intus nares phlebotomo scarificantes, eruptionem per stillas inceptam adiuuant, atque perficiunt. Noua hēc apud nostros medicos, pro molienda sanguinis missione scarificatio erit, neque puto quempiam ipsius rationem, atque usum habuisse. Multi enim intra nares appositis hirudinibus sanguinis vacuationem pertentarunt. Amatus Lusitanus Medicus Hebreus non spernendus, se rectum usum a naribus educendi sanguinem reperisse in tertia suarum centuriarum memoriæ prodidit, qui tamen solis hirudinibus illam vacuationem moliri oportere, putabat. GVILAND. Gal. visus est his uerbis hunc uacuationis modum nouisse ac docuisse in 2. lib. de compos. medicam. secundum loc.
» qui dixit: Quod si amplius sanguis redundare uideatur, etiam ex cap. 2.
» naribus aperta vena, & quantum sufficere videtur sanguinis uacuatur.

cuatur. Hinc intelligi potest Galeni temporibus usum mittendi sanguinem à naribus fuisse probè cognitum, atque frequentatum. Sunt aliqui, qui existimant fieri hanc vacuationem, secto nasi mediastino, quam multi laudant in faciei, nasiq; ruboribus, atque in aliqua inflammatione. ALPIN. Errant illi certissime id credentes, quoniam apud Aegyptios omnes narium scarificatio, atque mediastini, vna, eademq; non est, neque ad eadem mala vtrisq; his vtuntur. Narium enim scarificatione multum sanguinem euacuant, qua vacuatione omnibus capitis inflammationibus cum internis, tum externis, & in febribus sæpe utuntur: à Mediastino vero scarificato paucissimus sanguis exit, qui tantum faciei nasiq; ruboribus adiumento esse solet. GVILAND. Sed quomodo nares scarificant, atque nasi mediastinum? ALPIN. Naso in primis, postquam collum fascia deuinctum est, vt venæ crassescant, tum multũ perfricato, tum aqua calida multa dulci asperso, atque tumefacto cutem narium ambarum, vel vnius, per longum tribus, vel ad summum quinque scarificationibus secant, à quibus sanguis calido aquæ dulcis balneo educunt. Mediastinus verò & ipse eodem modo vnica scarificatione secatur, guttæq; tantum sanguinis ex eius sectione promanant. Vtuntur etiam illi populi labiorum, præsertimque inferioris scarificatione pro oris, gulæ, inflammationibus, sed longè maxime vbi fixuris labia fuerint obnoxia, gingiuasque scarificant, ex confluſſo sanguine dolentes, vel aliqua inflammatione vexatas. Sed his omissis, vtilius erit, nos tandem accedere ad celeberrimæ crurum, malleolorumve scarificationem, qui enim habebitur sermo de tanto pręsidio, nõ poterit non nisi multũ medicis adiumenti afferre, quando hæc scarificatio venę sectionis vicario mea quidem sententia sit. de qua nunc prolixius tecum loqui cupio. sperоq; huius sermonem maiori, quàm cæteri nobis voluptati fore, nec minori vtilitati. quem totum in hac die vix credo a nobis posse absolui. GVILAND. Quęso, quę in sermone huius scarificationis, quæ a nostris etiam ijs partibus applicatis cucurbitulis communiter in quibusdam malis ita facile molitur, tam copiosam orationem accersunt? Vellem igitur hac de causa, ut quam primum ad illam te conuerteres. ALPIN. Faciam vt lubet, sed vereor ne tu in communi multorum errore verseris, qui celebrem hanc malleolorum scarificationem, ab antiquisq; medicis pręclarissimis pro venę sectionis vicario auxilio receptam, atque

vsita-

vſitatam, in cucurbitularum cum ſcarificatione applicatarũ vſum commutarunt. Verum ſi quid de illa Gal. & Oribaſius in multis locis, ex quamplurium celebratorum medicorum ſententia, nobis prodiderint, nunc meminiſſes, fortaſsè ita hic ſermo te delectaſſet, vt longiorem hac de re explicationem à me peteres. GVILAND. Nihilo minus ego fortaſſe, quam tu, ſermonem, qui de huiuſmodi pręſidio accurate habeatur, expecto. Sed antea ſcire ex te uolo, an eodem modo Aegyptij mentum ſcarificare ſoleant, & brachia, quando horum ſcariſicationem apud Hiſpanos confici aliqui prodiderint: atque & menti ſcarificationis Gal. in 6. lib. de compoſit. med. ſecundum loc. ad multa mala meminerit. ALPIN. Etſi vtrumque fieri meo quidem iudicio poſſet, tum brachijs, cruribus, quo ad venarum ordinem ferè omnino reſpondentibus; tum etiam quia menti ſcarificatio, & commode adminiſtrari poſſet, & multis affectionibus eſſe utilis. Cuius vtilitatem antiquitas medicorum nos rectè perdocuit. Sed tempus eſt, ut ad propoſitam ſcarificationem redeamus.

Malleolorum, ſiue crurum ſcariſicationem ad moliendam euacuationem auxilium eſſe antiquiſſimum, à Græcisq; clariſſimis medicis ualde frequentatum. Cap. III.

ALPINVS.

OMNIVM maxime crurum, ſurarum, uel malleolorum ſcarificationem pro ſanguis molienda euacuatione in pueris, Eunuchis, mulieribus, atque carnoſis uel pinguibus omnibus hominibus uſurpant, tutiſſimumq; apud eos creditur uacuatorium remedium. quo quiſque multorum morborũ occaſione ingenti ſalutis ſpe utitur ad uacuandum ſanguinem, pręſertimq; uiribus uacuationem per uenam ſectam pręimbecillitate non ferentibus. Scarificant enim, ut inferius proprijs locis dicam, in utroque crure ſuram, ſiue partem cruris craſſam, quæ malleolo contermina eſt, multis adactis profundis, ac longis ſcarificationibus, a quibus ſępe tepida aqua dulci ablutis, quantum

uolunt

uolunt ſanguinis ſine multa corporis commotione,educunt. Ad hoc auxilium illi in omnibus morbis, ab humoribus calidioribus ortum habentibus, veluti ad ſacram ancoram confugiunt, neque id immeritò,cum tot, & tantas habere ad ſanitatem vires ſæpiſſime ſint ſcarificationem experti. Mirorque iccirco GVILANDINE doctiſſime, noſtrates medicos nolle tam utile, atque à multis doctiſſimis Græcis medicis antiquis, ad morbos profligandos,hominesque ab his præcauendos, adeo laudatum auxilium agnoſcere, atque in vſum reuocare. Et quamquam eos medicos non omnino laudem, qui ita promptè in quouis ferè morbo ſanguinem per venam ſectam mittant,rectius tamen eos agere putamus, quàm qui eandem vacuationem ſanguinis per cucurbitulas dorſi partibus cum ſcarificatione applicatas moliri conſueuerunt. GVILAN. Priores illos medicos eo auxilij genere,quippè venę ſectione,poſſe morbos eos profligare tutius ac certius iudico, quàm alios cucurbitularum uſu.Quòd miſſio ſanguinis per venæ ſectionem procurata,magnum utique ſit remedium, atque ob id magnis meritò occurrat morbis. Ab vſu uerò cucurbitularum tantum abeſt, ut magnos morbos a plenitudine humorum ortum ducentes, profligari poſſe credam, vt potius ijs applicatis,eos in deterius ſeccedere poſſe autumem. Quod a nobis heri diligentius diſputatum, atque conſtitutum fuit. Sed cur ego te tandiu interpello,teq; ab incepto tuo ſermone his uerbis amplius diſtraho? perge igitur reliquum hac de re ſermonem abſoluere. ALPIN. Pro tollenda corporum plenitudine Gal.nullum cucurbitularum verbum fecit, ut noſtrorum multi cogitant,ſed ſolum venæ ſectionis,atque crurum ſcarificationis meminit. Quod ab ipſiuſmet verbis in 2.aph. Hippoc.commentario proditis colligitur, quæ hæc exiſtunt: Euacuatio omnium humorum æqualiter, quę quidem exquiſitiſſima eſt,ſit per uenę ſectionem; proxima autem huic illa eſt, quę fit per malleolorum ſcarificationem. In libro etiam de hirud. cucurb. ſcarif. dixit: Cucurbitulas in plethoricis corporibus non modo eſſe inutiles, ſed etiam noxias. Atque in lib. de curat. per ſang. miſſ. docuit, ante cucurbitularum adminiſtrationē totum corpus euacuatum eſſe oportere, illiſq; vel cum ſcarificatione vel ſine ea applicatis. Ex quibus noſtri medici perdocti neſcio cur in magnis morbis,viribus ſanguinis eductionem per uenę ſectionem nō ferentibus,ad hanc,relictis illis cucurbitulis,ſaltem crurum ſcarificationem

aph.17.

cap.3.

cationem non auerdant vel offendant, cum hæc lucrissimum sit auxilium, sana
tionem (Vt ait Gal:) omnes sectioni proximum. Hæc etiam omnes sectioni c. 11.
utilitate præcedunt Gal: in sed. 1. de hirud: cucurb: alijs locis meminit:
Eadem namq; omnes venæ frequentes incidere, minimi gemmi rationi gem
tanum arbitramur: quandoqidem cum larga sanguinis copia, vitalis q; ip
spiritus emittitur, q; sano absumpto, cuiusq; gemmi motus mirabilis desistit,
tum animalis functiones ob deficientem mechanicæ. Quamobrem ab ignobilioribus
membris, vt pote à cruribus sanguinis missionem ad 3 Alg in 1. de cur: per
sang: miss: in gemmi dam corporibus cruribus præter scarificationem venæ sectionem,
vt ipse hunc in modum prædicit, dicens: Porro q; ex muliebribus affectibus c. 11.
ne sint, sanguinem detrahere tantum solent. Quocirca adhibitis multo
locum scarificationibus magnam inducunt. Et paulo post ait: Carnosis
vero & candidis partes insertione, gibbi malleolos scarificare, quam omnem
sanare præcipit: quippe cum hæ partes in cruribus venas habent. Et Apollo
nius alq; Antyllus medici olim peritissimi, vt apud Oribas: testatur, q; huius
scarificationis claritatem nonnunquam potentiali vligrudinem. Oribas: vero hanc l. 7. c. 20.
de ipsa crurum scarificatione scripsit: Et sane dum pestilentia grassamur
Aliam diphtheritidem, multosq; corripiebat, mox etiam morbi attigisset, ita
morbi die remissione febris facta, crus scarificari, tumq; tum sanguinis
libras detrahi, hanc de ea periculum vitari. Plinij ipse etiam alij hac
præcipio usi sapientes chaferunt. cum n. plurimorum signa. Crurum itaq;
scarificationis usum Galeno, Apollonio, Antyllo, Oribasio, plurimisq; et alijs
ex antiqis clarissimis medicis & cognitum & ad de apud nos frequentatum
denuo planè fuit. GOULAND. Vera sane potius, quidem mirari nullos et doctissi
mos medicos hac ita ab optimis medicis laudatam auxilium minimè
tollere ausos, ac in pristinum usum revocare, quando multorum millia
bilium in defundendis cruribus particulam lui mali roboris. Quid mirari
nigram cum ipsi aliqd habeant, q; culpa carent aliquo pacto liberari?
Nam quis unquam ab Apollo hac profectus est, q; ipse scarificationem
venæ mechanicam nobis manifestauit. Certe nemo nos eam docuit. Ego
magis miranda ne puto, hodiq; multos in Italia urbibus, pro
fortunæ, Vnguentis parvulis ac Erasistratis rei fuisse, medicorum

nullos sanguinis missionem per venam factam ita abhorruisse, ut maximum hi-
norem id genus amicitiæ plurisque iniurias. Quemadmodum non parva gratia Thymochari Mas-
cariæ medico claruisse: et Labrada, qui cum urbem illam olim ingressus ita in San-
guinis missione abhorruisse, ac timuisse, ut vix medicus artis Hippocratis
veritatem illis Lapis Saxeus ac demonstrando, cruorem in medicina sumere, et non
libi doctissimos multos medicorum cognovit. Tamen caterva medicorum (ita noor,
hos inscribit) superfuit, adhuc antiquis mordibus planè addicta. Et affirmare
non negaverunt sanguinis vacuationem per venam factionem, ob plurimum
calorem resolutionem, sed tantum cum dorsi alius, et partibus applicatis cum
scarificationem cucurbitulis. Hinc nam ipsi ro. quod dixerit ut mihi
frequentissimus apud multos familiarissimus factus sit. Hinc et in multis
autem affirmare cucurbitulas scarificatas venæ sectionis vicarium et omni-
tum. Quorum opinio quam mordax, et a veritate alienissima sit, per ea dicta
sunt, patet etiam ex Galeno, qui in 2. l. aphr: et in 4 de simil: tuendo
atque in l. 13 method. medendi aliisque multis in locis disputat apertissime, etiam
locum, a sectione venæ cruentam scarificationem distinxit. nam in 2. l.
aphr: ait. hanc scarificationem venæ sectioni et proximam: atque
in l. 4. de simila: tuendo affirmat, similitudinem ac venæ sectio habet multoque
scarificationem et in l. 13 method: med: scripsit: Si corpus fuerit plethori-
cum sanguinem mittendum est, aut venæ incisa, aut cruentis scarificatis.
ALPIN. Ratio sane disputandi, sed hactenus adhuc potuerunt nostri medici, quemadmo-
ipsorum hanc scarificationem, quæ ratio administratione ab aliquo didicerit. Nunc
tum quisque sumere interpretandum est, nisi cognovit horum plurimi utilitatem
nam a nobis saltem antiquis et in antiquum ipsam vocant. Maximusque
cum accidunt, usus scarificationis ipsum cum in tota Ægypto, tum in
tota et Hispania apud eos familiarissimè frequentari in utrique provin-
Eximiis, nubilibus, pingribusque corporibus, fulici semper cum sucessu.
GYLIANO. Amatque Lusitanus medicus non parvumque hoc usu diu
magnum semper fecit, atque sapientiam vero vacuationis sanguinis ipsum
et. ut paulo post fusius etiam narrabitur. Eademque ratione Joan:
Jacobus Mauri postea vitam vadidit Quamobrem cruentam scarifica-

tionem.

c. 5.

tionem multis & antiqs & recentioribus medicis fuisse cognitam & ab eis adhibitam manifestissimum est. Quod ut apertius omnes cognoscant, ac ne ab hoc vacuationis usu, ideo se abstinere dicant, quod ignari sint an eodem modo hoc scarificatio, tum in Aegypto, tum in Italia hominibus conducat, ideo si postquam tu in patriam redieris in aliquibus ipsa fueris usus, ac quali etiam salutis successu vel felici vel infelici, intelligere ex te nunc cupio.

Quibus in Italia locis hominibus sanguinis crurum scarificationem fuerit detractus. C. IIII.

ALPINUS.

Ab Aegypto ego in patriam reversus, Bassanum oppidum loci amenitate pulcherrimum meorum studiorum gratia me contuli, ibique medicinam publice faciendo multos scio aegrotos crurum scarificatione, sanguinis saepe evacuatione more Aegyptiorum procurata, sanitati restitutos. Scis etenim postquam in Italiam ex illis locis pervenerim me perpetuo optima Aegyptiorum vestigia in medendo sequi voluisse, praesertimque sanguinis vacuatione molienda, maximeque in usu crurum scarificationis, pro qua exercenda diligenti; atque experto invento hujus operis ministro, in multis sanguinem mittere more Aegyptiorum pertentavi. Quod mihi feliciori cum successu semper evenit. Primusque, cui eo modo sanguis fuerit vacuatus, puer fuit annos decem natus, quem in humanarum literarum cultu Franciscus Lazarinus Bassanensis in ejus schola a Castro franco exercendum susceperat. Qui duplici tertiana correptus, cruribus ambobus scarificatis, & eduxit sanguine convaluit. Hunc n. propinato prius pharmaco, quo ejus corpus noxiis paulisper expurgaretur humoribus, ipsique maxime qui in stomacho & venis meseraicis continebantur, quartadie ambobus cruribus vel suris more Aegyptiorum scarificatis, sanguinis fere libram commodissime eduximus, a qua praestita vacuatione febris immunita, alia tantum accessione desiit. Paucos ab hinc menses ab hujus pueri morbo mulier fere sexagenaria, Bona vocata, quae apud Bassanos famosissimos pictores habitabat, hepatis pessima inflammatione correptus continue cum dolore.

& tensione.

dextri hypochondrij, assiduis vigiliis atq; difficilima respiratione in
gentiq; sitij, magna vigore admodum spiritiosa fabricitabat. In
qua vrina tenues colorationes, cum grumis crudis spectabantur, diesq;
decretorij ab agritudinis principio octavus, quanquam aversitij illam
visum eo modo deprehendunt, cujus morbo, cuis & symptomatis vsq; pro
gnosis ex cognitis, atq; chyrurgo auersis, vitarunt dexteri cubiti venae
secari justi, à qua nullo sanguine multum in syncopim collapsa, cum
ab ea in usum cutis neglectis vnctijs moriretur, ipsiqus corporis habitu
carnoso, pingui atq; alto, Galen. in l. de curan: vent. p sang: miss: docuit,
malluerunt sive crurum scarificationem magis quam venae sectionem ipsam
in posse: prodit crurij scarificatis, sanguis ad libras pondo commodo vsuq;
e, à qua statim vertigo habuit, nodaq; subfusca semper capit, nolis respiravit,
atq; adeo febris nimis vehens capit; die 14 fere liberata fuit, at decima
septima in minutissimo corpore critica exorta scabie, prorsus gaudebit. Post hanc
aliquot mensem annos natam, habitu admodum pingui, ac habitu carnoso pollicem,
Willam Angaranum habitudine fere gravem, aetate, corpulentam cum vertigine
sino capitis dolore assiduisq; vigiliis, delirio, atq; multis vigilantiae curandam
pro medicis habui, cum die tertia premissis clystere omnibus idem profundis in
cisivis crurij scarificatis, sanguinis libras 8 poly fuit vinda, à qua multor
motus statim se habuit. Diesq; 7. die à febre liberata erasit. Puer et 12
annorum Circulatorius in domo Joseph Caserelli pharmacopolae, cum febre
sordy die tertia, ipsi à scarificatis crurij plurimo sanguine evacuato, statim
auditus, atq; paucis diebus et à febre gaudebit. Duae itidem eodem tempore
puellae virgines in Valle Stagna domulentae in pestilentem febrem collapsae à
à superstitis monstrum, ex scarificatione defunctae sanitatem cito recuperunt.
Cito n. omnibus ijs capitis morbus domuo fugerunt, die ante judicio.
Criticaeq; omnes purificatae in eodem die finierunt. Auditis igitur,
ex evacuatione sanguinis, superiore scarificatione ipsius, bracchiorum
Basilari 6. fere uncium scabio sanitati restituendum. In principio diuni na
ti corporis nullas magnasq; ac profundas scarificationes fere omnes
hos auspicium formidabant. Denique bene multi fuere, cum vivi, tum
mulieres, quae abundantiae persuasae

ſuaſi hoc genus remedij facile complexi ſunt. GVILAND. Gaudeo te tantam de huiuſce ſcarificationis vtilitate periculum feciſſe, cui facile omnes acquieſcere poſſent. Ego vero, vt idem confirmem, puto non inutile fore, ſi tuis experientijs aliàs ab Amato Luſitano memoriæ traditas ſubiungam. ALPIN. Gratam rem facies ſi eas mihi etiam indicaueris. GVILAND. Is in prima ſuarum
,, centuriarum hæc literis tradidit: Paucis interpoſitis diebus hu- curat. 18.
,, iuis dicti frater, duos annos natus in eaſdem oris vlcerationes inci-
,, dit, qui ſurarum ſiue tibiarum ventrium ſcarificatione, & topicis
,, adhibitis enumeratis medicamentis ſanitati illico fuit reſtitutus.
Et in ſcholia, poſtquam tum omnes medicos præter Hiſpanos, quod hos ſolum crederet huiuſce ſcarificationis peritiam obtinere, reprehenderat, ſubiunxit alterius pueri hiſtoriam, his verbis:
,, Dominicus Maria à Bala mercator Bononienſis cum filiolum gra
,, uiter ægrotantem haberet, vt illum inuiſerem me rogat, ad quem
,, accerſitus iubeo protinus crura ſcarificari, prius ea per ſpongiam
,, fouentes aqua calida, & ad poplites ligatura ac ad ſuras euocato
,, ſanguine, eas ſæpe harundine feſſa percutiendo, ſed inuita matre
,, pueruli natione Græca, patria Bizantina, quæ quum intra duos
,, dies puerum ſanum conſpexerit, ad me poſtea, tanquam ad ſacrã
,, anchoram, quum pueri ſui vel amicorum ægrotarent, conſluebat,
,, vt illam illis iuberem euacuationem facere, tantum videlicet huic
,, euacuationi tribuens: nec ſanè immeritò, quia præter multa, quę
,, ſecum adfert commoda crurum ſcarificatio, materiam in corpore
,, exundantem minuit, & caput à dolore & malis affectionibus libe-
rat. In ſecunda centuriarum pueri hanc ſubtexit hiſtoriã dicens: curat. 58.
,, Filius Barboſij natus annos nouem cum febri continua cor-
,, riperetur, & inter medicos conſultum eſſet pro eius
,, ſalute de ſanguinis miſſione, primo à ſurarum
ſcarificatione cæptum fuit; qua uel tantum
illicò ſanus eſt factus. Hæc extant
monumenta illiuſce doctiſſimi
medici de miſſione ſangui-
nis per crurum ſca-
rificationem po
ſterum me-
morijs prodita.

Crurum ſcarificationem non eam eſſe, quam noſtri applicatis cucurbitulis frequentant. Cap. V.

GVILANDINVS.

NON video hoc auxilium Arabibus medicis notum fuiſſe. Quamquam nunc ipſorum ferè proprium illud eſſe dixeris, quando nemo illorum de eo aliquid ſcriptum reliquerit. Auicennas enim hanc ſcarificationem à cucurbitulis ſeparatam minime cognouit, quod ex eius his uerbis facile per-
Lib. 1. fen. 4. cap. 21. ,, ſpicitur: Et ventoſæ quidem, quæ cruribus ſuperponuntur ſunt
,, minutioni propinquæ, & mundificant ſanguinem, & prouocant menſtrua. Quod apud alios quoque Arabes medicos multos vſitatum, ac creditum eſt. Nam neque Auerroes, neque Rhaſis, neque haly Abb. neq; alij multi de ſcarificatione crurum, ut quid diſtinctum à cucurbitulis ſcripſere. Itaque apud hos uacuatio per crurum ſcarificationem procurata nihil aliud erit, quàm communiter noſtris cucurbitulis, cum ſcarificatione applicatis ſanguinis facta eductio. Cui opinioni id fauere videtur, quod alios multos præclariſſimos medicos, ne verbum quidem de hac diſtincta a cucurbitulis ſcarificatione feciſſe videam. Nulla ſiquidem apud Hippocratem ipſius extat memoria, neque apud Celſum ſecũdum vt multi aiunt, Hippocratem, neque apud alios multos. Hincque multi etiam doctiſſimi medici nullam differentiam inter hanc & cucurbitulas ſcarificatas fecerunt, exinde malleolorum ſcarificationem cum cucurbitulis interpretantes, vt Hieronymus Cardanus in lib. 2. controuer. med. qui hæc Galeni verba de ſcarificatio-
,, ne ita interpretatus eſt: Sunt autem quæ æquiualent ſectioni ue-
,, næ retentarum hæmorrhoidum apertio, vel menſium ſuppreſſo-
,, rum, uel in quibus nihil eſt tale, malleolorum cum cucurbitula ſcarificatio. Quæ tamen interpretatio (pace tanti medici dixerim) longe à ueritate eſt aliena, cum Gal. per malleolorum ſcarificationem diſtinctiſſime eam abſq; cucurbitulis intellexerit. Nam in libro de hirudinib. diſtinctè duo capita ſcripſit, alterum de ſcarificatione, atque alterum de cucurbitulis. Qui ſi idem intellexerit ſcarificationem, & ſcarificatas cucurbitulas eſſe, proculdubio cucurbitularum vſum nuſquam meminiſſet. Nam in libro nuper

citato

,, citato dixit: At incipientes aut etiam uigentes (ſupple capitis
,, dolores) per cucurbitam in ceruice procurata retractio interim
,, quidem ſolam interim cum ſcarificatione. Quod prorſus confirmauit in aphoriſ. lib. atque in lib. de curat. per ſang. miſſ. Cur igitur ibi Gal. meminit cucurbitularum cum ſcarificatione, ſi nomine ſcarificationis ſemper cucurbitulam ſubintelligat? Certè ex Galeni ſententia, vtrunque eſſe vnum & idem, falſiſſimum eſt. ALPIN. Cui dubium ideſt, uarijs utramque operationem moliendi modis perſpectis, atque vtriuſq; auxilij facultatibus? Nam modus vacuandi applicatis cucurbitulis planè eſt diuerſus ab eo, qui in vſu ſcarificationis adhibetur. Cucurbitulam ſiquidem linamento ardeſcente, vel igne vel aquę calidæ halitu, cuti primo applicant, quæ ualide intra ſe cutim attrahit, à qua cutem in ruborem atque tumorem elatam ſcarificant, eiq; ſtatim rurſum cucurbitulam affigentes ea ſanguinem à ſcarificationibus extrahunt. Secus vero in molienda ſcarificatione obſeruatur, nam qui volunt crura ſcarificare pro vacuando ſanguine, primo arctè crus ſub poplite ligant, & mox totum crus in primis multum perfricatum, in dulcis aquæ calidum balneũ immergunt, ſæpeq; abluunt ſuram, ac harundine ipſam percutiunt, vt totum crus intumeſcat, multumq; erubeſcat, atque obtorpeſcat, ne inciſionum acutum dolorem ægroti ſentire queant. Quibus omnibus peractis crus ordinatis longis, ac profundis inciſionibus ſcarificant, à quibus quantum volunt ſanguinis aqua calida vulnera ſæpe irrorantes vel totum crus in aquam obruentes, euacuant. Quis igitur ſcarificationem à cucurbitulis diuerſum quippiam eſſe non fateatur, ex modorum omnino variorum, quibus adminiſtrantur, obſeruatione? Quæ etiam inter ſe ex vtriuſque facultatum dignotione diuerſa vtique eſſe, facile ſuadebitur. Differunt quidem hæc in ea quam præſtant, euacuatione, quantitate ſanguinis qui euacuatur, nec minus attrahendi modo. Etenim cruribus ſcarificatis libræ ſanguinis facile non ſecus quàm per venæ ſectionem educi poſſunt. Quod ſæpiſſime experientia verum eſſe didicimus. Oribaſiusq; in libro de cucurb. ſcarif. hirud. ſibi cum peſte ipſe vexaretur, altero crure ſcarificato binas ferè ſanguinis libras extraxiſſe teſtatus eſt. Addo, per crurum ſcarificationem tantum ſanguinis vacuari, quantum per venæ ſectionem euacuari poteſt. Quæ ſanguinis copia non ita facile cucurbitulis exhauriri poterit. GVILAND. Neq;

citra rationem aliquam hoc fieri arbitror; namque sanguis à scarificatis cruribus absque cucurbitulis calidæ dulcis aquæ balneo continue educitur, ex qua caliditate sanguinem attenuante, mouente, atque attrahente, humiditateq; incisiones venasq; plurimum laxante, facilius sanguis effluit. In eius verò eductione, quę cucurbitularum attractione fit, aliæ causæ existunt, & tales quidē, ex quibus potius sanguinis fluxio cohiberi, quàm adiuuari possit. namque non adest caliditas, quæ fluxurum sanguinem attenuet, neque adest quod relaxet cutem, sed magis cutis ex vacuato sanguine frigescens, densatur, & sanguis extra venas egressus in trombos concrescens, fluxionem potius coercere possunt. Hinc mirum non est cucurbitulis non posse tantam sanguinis copiam vacuari, quanta per nuper dictam scarificationem educi potest. ALPIN. Differuntetiam sanguinis vacuationes cucurbitulis factæ ab ijs, quas hac scarificatione molimur, quòd illæ violenti attractione; atque hæ sine vlla violentia procurantur, sed sensim ac sensim sine multa agitatione. Galen. enim in lib. 13. meth. dixit: Cucurbitulam ad hoc esse inuentam, strenuumq; planè ad id esse auxilium, vt foras euocentur, quæ sunt in alto, atque vt eximantur & eruantur, quę iam in scirrhum abeunt. neque cucurbitæ attractionem violentam esse nostrum cuipiam ignotum esse cogito. Scarificatione uerò sanguinem dulcis aquæ calido balneo sensim ac sensim citra commotionem multam corporis educi, sensui patet. ut Apollonius non minus antiquus quàm grauis medicus his verbis scriptum reliquit. Quæ apud Oribasium leguntur ex illiusce medici grauissimi mente de hac scarificatione, hęc existunt: plethorā autem commoderatam, quę aliquid mali facturą sit, ac iam euersionem in morbosum statum attingat, tibia quę scarificationibus vexata fuerit, innoxiamq; totam quam volumus sanguinis illigationem reddiderit, citra validam totius molis commotionem soluit. Amplius Gal. atq; alij Greci medici multi dixere, scarificationem hanc tollere plenitudinem, quod in plerisq; locis legitur, pręsertimq; in lib. nuper citato de Hirud. reuulf. cucurb. cum dixit: Si qua exuperans materia in corpore minuenda est, atque ob id potissimum exuperantia ea oriatur, quod materia ipsa, quæ emitti solet, supprimatur, scarificatione vtimur. Cucurbitulis vero scarificatis vel sine scarificatione ante quam corpus totum uacuatum sit, nunquam medicos vti debere, Gal. pluribus in locis,

Orib. lib. de cucur. scarif. c. 9.

cap. 4.

quos

quos ſupra adnotauimus, memorię prodidit. GVILAND. Differentia euacuationis, hac ſcarificatione factæ, atque eius quę cucurbitulis celebratur, in alio conſiſtere non videtur quàm in attractione, quę in his calido balneo, in illis uero cucurbitulis perficitur. Vna eademq; ſcarificatio cutis utraque erit, ſed ab vna ſanguis calida aqua euocatur, & ab altera cucurbitula ex alto ad cutẽ trahente. ALPIN. Neque hęc duo exiſtunt vacuationis inſtrumenta, tametſi utraque in ſcarificationem cutis fundetur, etenim in vtriſque non eadem fit ſcarificatio. Nam ad uſum cucurbitularum cutem multis inciſionibus, neque longis, neque profundis, neque ordinatis ſcarificant. Quę omnia in hac ſcarificatione Aegyptij ad unguem obſeruant. Quod etiam Oribaſius ex Antyllo in lib. de cucurb. ſcarif. faciendum prącepit. Quare multis differentijs crurum ſcarificatio, & cucurbitulę ſcarificatæ diſtinguuntur, vnumq; & idem non prąſtatur ab utriſq; auxilium, nec ijſdem utraque viribus eſt referta, diuerſamque inter ſe ambo promunt operationem. GVILAND. Non poſſum iccirco non multum Auicennam cæterosque alios Arabes medicos præclariſſimos admirari, qui de ſanguinis vacuatione agentes hanc ſcarificationem minime à cucurbitulis diſtinctam cognouerint. ALPIN. Quid igitur de his diceres? tantos medicos tantum auxilium ignoraſſe? multi nobis non credent. GVILAND. Hoc auxilij genus proprium ferè fuit Aegyptiorum, atque Arabum. quæ loca cum neq; Auicennas, neque Raſis, Auerroes, Haly, atque alij habitarint, noſci ab his eam ſcarificationem non potuiſſe putandum eſt. Quod an uerum ſit, nemo noſtrum certus eſt. hoc vnum tamen ſcio, quod cum hoc remedium apud Galeni ſcripta, Apollonijq;, Antylli, Oribaſij inueniatur, & apud alios Grącos medicos nulla extet de eo memoria, iſtorum ſcripta male uerſa in Arabicam linguã habuiſſe certo certius iudicari poteſt, atq; hinc eos non potuiſſe hoc auxilij genus probè didiciſſe. Quod quidem apud Auicennam manifeſtiſſime comprehenditur ita fuiſſe. Cum quæ Gal. loquebatur de ſcarificatione citra cucurbitularum applicationem, ipſe in cucurbitulas ſcarificatas tranſcripſerit. Galen. ſi quidem in lib. de curat. per ſang. miſſ. de ſcarificatione hac ita ſcripſit: Porrò quę ex mulieribus albidiores ſunt, ſanguinem tenuẽ aceruare ſolent, quocirca adhibitis malleolorum ſcarificationibus maxime vacuantur, atque quę nigriores ſunt, ſecta vena curato. cap. 11.

Craſ-

,, Crassiorem enim sanguinem, ac magis melancholicum colligunt,
,, magis vero etiamsi magnas habere venas appareant, quod illis ac-
,, cidit, quę graciliores sunt, ac nigriores. Carnosis vero ac candidis
,, paruę insunt venę, quibus malleolos scarificare, quàm uenam se-
,, care præstiterit, quippè cum hæ paruas in cruribus venas ha-
,, beant, itaque etiamsi recte secentur, quod iustum tamen sit non
profluat. à quibus sanè uerbis de scarificatione, & non de cucur-
bitulis à Galeno proditis, male in aliam linguam versis Auicen na
eadem hæc ad unguem transcribens, de cucurbitulis scarificatis, &
,, non de scarificatione intelligens, dixit: Et ei quidem quæ ex mu-
,, lieribus alba existit, ac laxa, sanguinem habens su btilem, ventosæ
,, in cruribus positæ sunt meliores quam phlebomia, quæ fit in sa-
phena. Sed hæc satis fuisse existimo, ad demonstrandam differen-
tiam, quæ est inter scarificationem, & cucurbitulas scarificatas.
Quibus ita explicatis non inutile foret, si quæ inter malleolorum
hanc scarificationem, & venæ sectionem sit conuenientia ac simi-
litudo, nos aperiemus. ALPIN. Iure quidem hoc dixti, neque pu
to facile nos huius scarificationis vtilitates persequi posse, nisi ha-
rum similitudinem sedulo prius cognouerimus.

Inter crurum scarificationem, atque venæ sectionem maximam esse conuenientiam, ac similitudinem. Cap. VI.

ALPINVS.

SANGVINIS vacuationem per crurum scarificationē factam, ei, quæ uenæ sectione fit, admodum similem esse cognoscitur. Quantitas enim sanguinis per huiusmodi scarificationem educta vel eadem omnino est cum ea, quæ vena aliqua secta educitur, vel saltem ei proxima. libras sanguinis ista scarificatione vacuari à nobis nuper dictum est, non minusq; Oribasium inseipsum ex seipso eam sanguinis copiam crure scari-
aph.17. ficato eduxisse: Galenumq; exinde in comm. 2. aphorism. dixisse, vacuationem per malleolorum siue crurum scarificationem præstitam proximam ei esse, quæ fit per uenæ sectionem. Simili etiam modo & sanguinis quantitas per eam scarificationem, non secus

quàm

quàm ex uena secta sensim ac sensim sanguis effluit, lente & absq; vlla violentia benigne balnei ex dulci aqua calefacta parati adiumento educitur. Quomodo naturam sæpissime critice, vt verbis vtar medicorum, sanguinem exerere cernimus: atque hinc sanguinis vacuationem, tum quæ per venam sectam fit, tum quæ nuper dicta hac scarificatione perhibetur, proficuam ęgrotis esse, quod prorsus à natura factam imitetur, existimo. Quemadmodum etiã ex purgationibus eas ægrotis esse valde proficuas dicimus, quæ naturæ optimas excretiones imitãtes nulla violentia vel corporis molesta commotione lædentis humoris redundantiam eijciunt. Cuius rei signum esse ægrotos purgationes leuiter perferre, Hippocrates in 1. lib. aphoris. nobis prodiderat. GVILAND. Dubia hęc ueritas haud parũ multis uisa est, neque immeritò de ea quantitate sanguinis, quę educitur crurum scarificatione. etenim quæ ratio est, quamobrem a cute crurum scarificata plus quàm ex aliarum partium scarificatione sanguinis copia maior educi ac vacuari debeat? Certè nulla, quando dorsi cutis multis venis referta eandem copiam scarificata exhibere queat, vt hinc scapularum venas scarificatas iecorariæ venę vicarias Arabes dixerint. ex quibus non videtur crurum scarificatio quantitate sanguinis venę sectioni proxima, vel saltem alię etiam partes corporis scarificatę eandem copiam sanguinis exhibentes venę sectioni itidem proximę erunt. ALPIN. Memini aliàs de hac eadem quęstione nos verba fecisse, remq; planè sic absoluisse, quia surę cęteris alijs cutaneis partibus, tum numerosiores venarum ramos, tum grandiores obtinent. ex quibus scarificationibus multis uenis dissectis copiosior, quam ab alijs corporis partibus scarificatis sanguis exit. GVILAND. Verum dicis, neque immeritò cum Gal. crurum hanc scarificationem semper uenę sectioni facultate vel utilitate proximam tradiderit, ait enim plenitudinem corporum ipsam fere, ut venę sectio, tollere. Cuius loca nunc, in quibus hoc nos docuit, audire nõ erit inutile. ex quibus clarè cognoscemus quanta apud Galenum fuerit inter scarificationẽ hanc & uenę sectionem similitudo ac in iuuando affinitas. ALPIN. Exopto illorum locorum auctoritate, ueritatem hanc ex te confirmari. GVILAND. In lib. 2. aphoris. Hippoc. ut aliàs etiam dictum est, hęc ad unguem uerba
» scripta reliquit, dicens: Euacuatio omnium humorum ęqualiter,
» quę quidem exquisitissima est, fit per uenę sectionem, proxima au- aph. 17.

tem

cap. 4. ,, tem huic illa est, quę fit per malleolorum scarificationem. Quod
non minus clare etiam in libro 4. de sanit. tuenda confirmauit ijs
profecto uerbis ita posterorum memoriæ traditis: Nam uirium
,, robore constante si lassitudo adhuc infestat, existimandũ est, cum
,, sanguinis ne copia, an cum crudis ac minime coctis humoribus, an
,, per se solus consistat uitiosus humor, qui lassitudinem creet: Nam
,, si cum sanguinis copia, aut vena incidenda, aut aliquid, quod tan-
,, tundem ualet, agendum. Sanè tantundem possunt hęc, quibus
,, hæmorrhoides sunt retentæ si has apperueris, si mulieri menstrua
,, consuetudo cessauit, hanc si prouoces: si horum nihil est, malleo-
,, los scalpello incidas. Et in lib. 13. meth. med. Cogimur ergo
,, aliàs sanguinem mittere, idq; aut uena incisu aut membris ijs quę
,, lęsa non sunt scarificatis, manu enim laborante scarificabis crura:
,, altero crurum male habente, reliquum. Has namque euacuatio-
,, nes indicat ipsa copia, sicuti etiam succorum vitium redundantis
,, succi purgationem. Idemq; etiam in lib. de Hirud. reuulſ. si tamen
cap. 4. is Galeni liber existit, proditum est, atq; hisce uerbis. Si qua exu-
,, perans materia in corpore minuenda est, atque ob id exuperantia
,, illa oriatur, quod materia ipsa, quæ emitti solet, supprimatur, sca-
rificatione vtimur. Hæc eadem fere apud Oribasium ex Apollo-
nio, Antyllo, & à semetipso leguntur. quę cum aliàs, tum relata
sint, tum quia quisq; apud Oribasium ea legere poterit, repetere
nolumus, exceptis ijs, quę Oribasius de seipso memorię prodidit,
quę ita instituto nostro quadrare videntur, ut nos ea audire fas es-
in lib. de cucurb. cap. 19. ,, set. Quę sunt huiusmodi: Et sanè dum pestilentia uehemens A-
,, siam deprehendisset, multosq; perdidisset, meq; etiam morbis at-
,, tigisset, Secunda morbi die remissione febris facta, crus scarificaui,
,, duasq; ferè sanguinis libras detraxi, hacq; de causa periculum ui-
,, taui. Pleriq; igitur etiam alij hoc prędidio usi superstites euasere.
,, erant enim plenitudinis signa illiq; prącipue saluabantur, qui san-
,, guinem copiosum exhauriebant. ALPIN. Hęc sufficiunt ex Ga
leno, Apollonio, Antyllo, Oribasio, pro demonstranda huiusce sca
rificationis malleolorum cum uenę sectione conuenientia, hacte-
nus demonstrata. Ex quibus omnibus conspicuum fit, hanc sca-
rificationem uicariam esse uenę sectionis, quãdo si quod est, quod
ex prędidijs uacuatorijs, aduenę sectionem propè accedat, hoc unũ
scarificatio malleolorum est, cum nullum aliud ex vacuatorijs prę-
sidijs adsit, quod ea proximius ad uenę sectionem accedere queat.

Gruliand: Res conspicua videtur ex Galeni aliorumque Graecorum medicorum monumentis, sed difficillimum est, multis pro vicario auxilio cucurbitulas cum scarificatione applicatas substituentibus, istud posse suadere. quae res nobis non levem causam praebuit alius eorum sententiam spectandi aut judicandi, ne tam grandis error, tam alte in multorum medullas defixus, non sine aliqua aegrotantium jactura ulterius propagetur.

An crurum scarificatio vicaria sit venae sectionis c. 7.

Alpinus.

Malleolorum scarificatio an non venae sectionis vicaria erit affirmanda? cum nullum evacuans praesidium & proximius ex Galeni aliorumque priscorum medicorum monumentis, nec, hactenus cognitum sit. Ergo non video cur in hac assertione nos jure quis reprehendat, etsi plures etiam gravissimi medici fuerint, quibus alia praesidia pro sectione venae substituenda magis placitum est: Quorum alij scarificatas cucurbitulas pro tali vacuanti auxilio substituere, atque alij hirudines non modo haemorrhoidibus, verum etiam aliarum partium venis appositas, quemadmodum saepe in pueris, quibus ex eorum sententia cum merito ut superius a nobis dictum est, missio sanguinis alia via prohibita sit, sanguinem hirudinibus alicui venae appositis mittere non displicet. Scarificatas cucurbitulas pro sectione venae substituentes. Quibus rationibus, atque auctoritatibus moveantur alias a nobis proditum est. Quas etiam praesentis occasionis cum itidem repetere non gravabor, ex quibus hujus propositi ratio clarius innotescet. Ajunt siquidem cucurbitulas, mediis scarificationibus administratas, non secus quam venae sectio, vel saltem proximo, ad venae sectionem accedere, ut sanguinis optatam copiam evacuent, praesertimque scapulis applicatas; quas venas ab Avicenna edocti jecoraria venae vicem gerere affirmant. Sanguinem multam copiam evacuari nobis dubium non est, atque ab ea etiam totum corpus mariri, ex quo dubium cui erit, ipsas

vicem.

bicem ferro tonazum sutionis posse, certe nominem latet omnes Arabes
clarissimos medicos huic opinioni fausto additos, præsertim Africanum
qui dicit, cucurbitas crucibus appositas minutiores et proximas. Et ex latinis
Celsus magni roris medicus manifestissime post tonsam sutionem usum cucurbi-
tarum celebrabit, ex Græcis tuo laudat Simia Galeni appellatus, magni sanisti
cationis crucem meminit tractationem tuo laudam tidetur, et applicatis
cucurbitulis cum scarificationes procurasse. Quid igitur: a politis rationibus,
atque gratissimis illis medicis distinctiones: Gviland: Præterea ex Galeno
chem crucem huic scarificationi objicientes, per nam fuzi posse totius
corporis perfectam evacuationem, negant. quando non quemlibet humorem
indiscretim ex tollat, neque cujuslibet humoris: neque ni quibus habitu
fozi dicat, et ut paucis dicam, tantumodo illi cum evacuatione ad partes ipsas
habitudinis sit, illam istam crucem scarificationi consent. Gal. 4. ni l. de
hirud: exhaust. cucurb: de ea agens ait: Corporis pars scarificanda sunt, et
plagamus vel incisis ingenitur, et vel cum fuzient vel dolor aliquo affligunt:
et fluidioty vegaueq, ubi ex ipsa flexionis dofuzient: aut cum aurem
sublato videtur, subis aliqua venosa quæ misery illata fuzit:
pauca si ab alnea ad alnem partem deducere non valuny, sicuti fari,
ficalis cruciby affecto capiti medentur: sic neque ipsum non in corpore
minuendo est, atque si in potissimum expugnantem illa oriatq, id ex ipsa, quæ
emitti solet, sappuratur, scarificationis interim. Atque nil. de curand: vat:
per sang: miss: Gal dicit scarificationum cruzum solis allidiozibus corpo,
ziby, epiliozibus venis, atque tumidis sanguine politis ductum, minimum vigio,
ris tationes venas ac sanguinem crassiem ipse fomitiby. Videtur ne eum
sanguinis scarificationis hanc dicamus, sed solumodo tumidum. Hæc, si
scarificationi illi objicunt. ALPIN: Ab Ægyptiis igr nos disputin atque alte,
dum hæc horlantq: Quod tu faciendum non quo, quando ipsos tumidum sen,
tuhem pulsatione. Atque ipsi cunus rationibus, qby scarificationem hanc pli
bitantq atque illorum machinis variis oppugnatam defendant. Superiq a
nobis demonstratum scarificationem hanc majorem sanguinis vacuare,
quam cucurbitas, neque mirazito, cum sanguis calamis aqua dulci educatq,

quo cum

quæ cubitum lapsa, sanguinem attenuat, atq; attrahit: atq; cucurbitulæ neq;
sanguinem attenuent, neq; cutim arterias relaxent, quemadmodum magis ipsam,
quinetiam intro, in ipsumq; pectus ac pulmones post evacuatio cutis figendo, sanguis,
nisq; fluxum sistendi non parva ocasio datur. Fortunæ, nam hæc ipsa
persuasio à quoq; in utrumq; usurpari usu experiatur, quemadmodum: quandoquidem,
non sanguinis libra ipsa propria scarificatione facta, ut hactenus educantur,
quod non ita certo de cucurbitulis affirmari potest. Verumtamen huic Galenum
dominus in 2. l. apho: pro vacuanda corporis plenitudine cruentæ scarifica-
tionem proximam ut venæ sectioni, ubi vero sanguinis vacuationem illa effectam
scarificationem proximam ut, quæ fit per venæ sectionem, quoque copia, ut
quantitate sanguinis quæ vacuatur, sunt admodum similes, ut paulo superius
dictum est. Ego cum Gal. cum Apollonio Antyllo, Oribasio, scarificationem
hanc humorum evacuationem tollere nolis potuerunt, cucurbitulasq; non
nisi prius toto corpore vacuatis minimeq; ante totius vacuationem mechos
hi uti debere in l. 11. 3. meth: med: et illa ita scripsit: Cupiens ergo alius c. 5.
sanguinem mittere, idq; aut venæsecta: aut membris ijs quæ lapsa non sunt scari-
ficatis: nam in n. habemus, scarificatis cruris, alterum crus vacuatum ha-
beatur, ipsum. Hæc namq; vacuatio, si fiat ipsa copia, fiunt et hæc
corporum cubitum, reddunturq; licet pugillium. Atq; in 4. de loc: hom:
idem dominus dixit, multumque laudat scarificationem hanc, et venæ
sectio, atq; Orib: l. 7. hæc itaq; dicunt nominat. cucurbitulis vero scarifi-
catis Gal. aliter tractat, in l. 11 de curan: rat. per sang: missio: ut dixit c. 19.
nus non ante accurandum, nisi prius totum corpus prius vacuatum sit. Quam
obrem vero ipsud? nisi fortasse hæc detritum ac repletam sanguinis copiam,
et ex facili scarificatio, ne obscurant. Postea vero hæc ut, ipsa sangui-
nem attrahant ab universo corpore et superius distinctum. Quo modo
non vidimus historiam venæ in revellenda evacuatione, intro inducit, quæ ne
vitetur fere penitus hirsutum ac simplicem fit, quæ sunt modo nam cruorum
scarificationem ex duari sanguinem, dulcis atq; calamus hactenus adjun-
gunto paulo ante à nobis editum. Sed ad magna hæc illi obscurant

respondere.

respondere consuetum est, atque id quod in primis observant, quippe illum non cum omni humoris aut sanguinis vacuatione velle posse, sed multum sanguinis extenuatis atque ex Galeno in l. de curam: ratio. ubi dicit in corporibus gallicis sanguinis repletionibus magis

c. 11.

plurimum venae sectione quam cucurbitarum scarificationem et hi quoque loco oppugnationem adeo fortes sunt, ut nihil videntur Galenum mentum afferuit, quando quidem non negavit, quod hanc scarificationem non posse in multitudine, quia manifestum purgationis suppletur et crassum sanguinem vacuari, quod fieri utique posse non videtur a sole nimium, quia calido humoro sanguinis causa utique attenuari quod, quod ab Africanum: ex. in

Fen. 1. cap. 21.

l. 1 praedictum est. Sed affirmatur in hujusce sanguinis reductionem vacuationem quamvis fieri venae sectione posse quam per scarificationem, atque idcirco illam scarificationi posterius utili magis, neque illicitam venae sectionem esse utique humorum sanguinem vacuari, sed quamvis quam per venae sectionem scarificatione vacuari posse, dicit n. locus quoque multitudine additione et sanguinem aeruginosum humorum solvit: quare additionis malluntque scarificationis magnitudine juvantur. Atque ignorant sine facta venae cucurbitae et praesertim: carnosis corporibus et carnosis parvae nisi venae, quia nulloque scarificiam quam venam fecerit, quippe cum parvus in cruribus venas habeant: itaque et signabit secundum, quod justum venam sit non profuit. Hi. n. Gal: sibi quoque sunt vellendam ex sanguinis plenitudinem, ex suppositis omnibus in multitudine ortum, pro qua nisi sanguinis copiosam utilem supponunt, atque idcirco notandum a venis cruribus solumodo ut sunt et semel plenitudinem vacuando, manifestum ratio et multum vendat. quidem est an scarificatis a cruribus vel a cruribus defectus venis multum esset cum multi, ita ut ex vacuanda sanguinis copia commodum vel unum, vel alterum modo reducunt, quoniam in cruribus amplioribus venis inferius, atque in cuticum sanguinis reductionibus aliam vitio per aliquam cruorum sitam venam, facilius reduci posse et in eis, quia venae cruorum parvae, sanguinis quoque humor non nisi scarificatis cruribus, quam et difficilius ita cum parvae sint, fieri possunt, atque ab una et eadem, minimum pustulata sanguinis copia vacuatur. Licet plurimus in cruribus scarificandas jussit. Cruri in minimum venam sitam posuit scarificationi, atque in, cum hanc venae sectioni. Atque ex his colligi potest, scarificationem venae hanc non posse sanguinem cuticum vacuare, quoniam sed

varam.

rarum uenę non ita pa ruę existunt, ut in alijs partibus corporis cer nuntur, sed ea scarificatione profundius facta, venarum crassiores rami secantur, calidiq; aquæ dulcis balnei crassities sanguinis absque dubio attenuatur, ipsaq; fluxilis redditur. & asserentibus scarificationem hanc non esse idoneum istrumentum ad vacuandum crassiorem sanguinem, è contra dicemus, nos quoque eodem modo se habere venam sectam ad tenuiorem sanguinem, in exilibus venis contentum ducendum; nam vt dicebat Gal. etiam ab ea rectè secta eius iusta copia non diffluet. mirumque hinc non est, si Galenus in albidioribus corporibus sectioni venæ scarificationē præferat, atq; in nigrioribus, amplioribusq; venis a natura donatis venæ sectionem. Ex suppressione verò mensium exortæ plenitudini hanc scarificationem maxime conducere certum est, ut à uiro excellentissimo ex multorum sententia proditum est, atque etiam non minus id Galenum in lib. de Hirud. reuulſ. scarif. nos docuisse; sed quod ob id plenitudinem tantum, a nuper dicta suppressione menstruarum purgationum effectam ipsa tollat, minimeq; aliam ab alijs causis ortam, falsum planè ex Galeni mente existit, etenim ipse non absolute in supradicto eius libro tradidit, hac tolli plenitudinem ex suppressis purgationibus vteri ortam, sed tali plenitudini præcipue conducere, quod ex eius verbis planè manifestum videtur. Neq; id iniuria, cum hæc scarificatio præter quàm quod euacuat, etiam reuocare interceptos menses soleat, quinimo in lib. de curan. rat. per sang. miss. ad reuocandos menses præsentaneā esse scarificationem illam statuit. Verum siquidem est, hanc præter vacuationem sanguinis, quam præstat, etiam ad inferas partes sanguinem trahere: quod ex Galeni supra recitatis verbis planè
,, constat; quæ hęc existunt: Neque enim profectò proroganda in
,, his vacuatio est, non tamen necesse est illis venam scindere: Quip-
,, pè cum malleolorum scarificationes superfluitati, quandoq; eua-
,, cuandæ satis esse queant, quæ & alioqui hoc etiam habent, quod
,, mensium vacuationem ciere possunt, sicuti etiam in malleolis ac poplitibus incisæ venæ. Quamobrem ex Galeni sententia potest isthæc malleolorum scarificatio non modo nuper dictam humoris redundantiam tollere, sed quascumq; alias, quas venæ sectionem abigere scimus. Quod quidem ex uerbis eiusdem Galeni in 4. lib. de tuenda sanitate aliàs etiam recitatis cognoscitur; Nam ipse cap. 4.
,, scripsit: Nam si cum sanguinis copia, aut vena incidenda, aut ali-

,, quid, quod tantundem valet, agendum. Sanè tantundem possunt
,, hęc, quibus hęmorrhoides sunt retentæ si has aperueris, si mu-
,, lieri menstrua consuetudo cessauit: hanc si prouoces: si horum
,, nihil est, malleolos scalpello incidas. Quam scarificationem ple-
nitudinem quocumq; modo obortam tollere posse Gal. ut nuper dictum est, multis prodidit in locis, quę iam à nobis antea commo strata sunt, in quibus ait, hanc ad minuendam sanguinis exuperantiam proxime accedere ad venę sectionem; neque vt de cucurbitulis sępe ab ipso dictum est, ipsam egere alia vacuatione, vel post totius corporis factam euacuationem esse administrādam uoluit. ex quibus quanto in errore versentur cucurbitulas scarificatas ue næ sectionis vicarias facientes, satis cuiq; manifestum erit, cum has semper post vacuationem totius locum habere ipse in lib. de curat. per sang. miss. aperte prodiderit. GVILAND. Ita probè aduersus scarificationis calumniatores rationibus te erexisti, ut non difficile sit, me in tuam venisse sententiam. Hoc tamen verum est, perpetuo huius scarificationis proprium esse, simul uacuando ad crura etiam attrahere, quod certè ab ea separari non potest, nequit enim hæc scarificatio sanguinem uacuare, & ad inferas partes è supernis exinde euocatum etiam non attrahere. non semper vero illa attractione est opus, atque ut paucis rem nunc colligam, malleolorum hanc appellatam scarificationem euacuans est, reuulsorium, atque etiam simplex reuulsorium, ubi scilicet non multus ea sanguis vacuatur, vacuatorium atque reuulsorium simul, vbi plurimus. ALPIN. Verum prędicas, sed quid quęso mali est, scarificatione hac euacuando etiam à nobilioribus partibus, ad ignobiliores humorem auellere, prędertimq; in febribus putridis, malignis, pestilentibus, in quibus plerumque superiora membra noxijs succis infestantur, caputq; potissimum, vigilijs assiduis, diuturnis somnis, delirijs, & doloribus, quibus quanti adiumenti auxilium futurum sit, quod plenitudinem vacuando simul ad crura partes ignobiles etiam attrahat veneficos succos, alijs iudicandum libenter relinquo. Quinimo tantę esse in his morbis tollendis, vtilitatis iudico, ut omnium ad id prestandum celeberrimum sit remedium, quando ipsum cum euacuet exuperantiam humorum, tum à supernis nobilibusq; partibus ad infernas ignobilesq; noxios humores attrahat. Hinc admirari Oribasium tantum medicum non debemus, qui ex seipso ea adhibita scarificatione, ut à

peste,

peste, qua uexabatur, periculum euitaret, sanguinis uacuationem pertentasse, hocque auxilio multos alios à peste vexatos liberasse, cum illo plenitudinem dempsisset atque ad crura ueneficum humorem attrahendo sine corporis multa commotione, viscera ab infestatione humoris liberaret. Rectissimeq; hac ratione arbitror tunc Aegyptios se gerere, qui ad eorum, qui peste infesti sunt curationem, a scarificatis cruribus plurimum sanguinem mittere consuerint. Sed tempus est, ut priusquam ad alia transeamus, in hac scarificatione constituenda, modum prius obseruemus, quo crura Aegyptij scarificant, atque quomodo sanguinem demunt. Quod nihil aliud erit, quam modum ab ijs crura scarificandi discere. GVILAND. Probè: idq; ut facias, tempus ipsum suadet.

Quomodo Aegyptij crurum scarificationem exerceant, atq; administrent. Cap. VIII.

ALPINVS.

AEGYPTII à cruribus scarificatis sanguinem mittere volentes, in primis suras multum perfricant, paululumq; retractant, & mox in uas aqua dulci calida plenum collocant, easq; multum ac sępius calenti ea aqua irrorantes, manibus, atque arundine modice percutiunt, quas perfricatas per tractatasq;, ac ita uerberatas, calidaq; aqua incalefactas sub poplite arctè zonula coriacea ligant, atque à ligatura etiam calida aqua sępe eas calefacientes, manibusq; ac arundinis frustro rursum sępe ac ualide totam suram verberantes, eam tandem summo rubore afficiunt, quo valde adaucto, partem non parum exinde obstupefaciunt, ne ex scarificationibus ęgroti pręualidum dolorem tunc sentiant. Alterius cruris itaque primo suram rubore multo suffusam ac affectam, non minusq; cum magnitudinem adeptam, tum ferè obstupefactam vsque ad medietatem à malleolo incipiendo summam vsque eminentiam, vel crassitiem multis longis ac profundis incisionibus, æqualibus interstitijs ordinatim per musculorum longitudinem non κατὰ πληγὴν, idest, per percussiones, sed κατασυρμὸν, idest, per tractum cultro factis, scarificant, ab illisq; scarificationibus sinunt sanguinẽ exire aquę calentis, qua creberrime

ſuræ irrorantur, & aſperguntur, adiumento. cum vero voluerint ſcarificare ſuram inferne trahentes valide diſtendunt, vt cutis commodius ſcarificari queat, aliquando etiam difficulter ac in modica quantitate manantem ſanguinem adiuuant manibus, arundineq; ſæpe eas verberantes, ſanguinisq; copiam metiũtur expenduntve, obſeruata ſcilicet aquæ cruentatæ copia, vt noſtri etiam in ſectionibus venarum pedis facere ſolent, vel accuratius æqualibus temporis interuallis dorſo cultri egreſſum, atque concretum ſanguinem abſtergentes à ſura ſcarificata, itaq; ſingulis vicibus abſtergere vntiam ſanguinis obſeruant. Qua quidem ratione copiam educti ſanguinis rectiſſime ipſi conijciunt. Interea alij ambas ſuras ſcarificant, atque ab ijs ſanguinem mittunt, & alij ex vno tantũ crure, vbi partem quampiam particularem reſpiciunt, vbi uero ſimpliciter pro facienda ſanguinis vacuatione, abſque alicuius viſceris læſi, reuellendi cauſa, reſpectu, ſemper ex vtroque crure ſcarificato ſanguinis vacuationem comparant, vbi uero vel ex iecore, vel ex alia parte inflammata, aut quoppiam dolore cruciata, vacuando ſimul reuellere uolunt, ab uno crure ſolum ſanguinem ducere ſtudent. Numerus vero ſcarificationum, atque magnitudo apud varios medicos uaria etiam conſtituitur. ſiquidem alij vſq; quadragenas faciunt, alij viginti, alij plures, alijq; pauciores. Plerique; verò in viris ætatem perfectam agentibus circiter triginta infligunt, atque in pueris circiter viginti. Qui plures faciunt, eas minores, & qui paucas maiores infligere ſolent. ſunt uero qui in peſte infligunt tres, aut ad ſummũ quinque in ſuris non dicã ſcarificationes, ſed magna vulnera, quæ ſaltem quatuor digitorum latitudine per ſuram extenduntur, eamq; ab euacuata ſanguinis deſiderata copia, apertam, vſque dum à febribus immunes euaſerint, adſeruant, illisq; quotidie medicamentis attrahentibus medentes, ſuccos veneficos exinde vacuare conantur. Auxilium in ijs morbis ſummę efficatiæ, ſed admodum barbarum expertum eſt. Incipiunt vero ſcarificationem ab inferiori parte, vbi tendones muſculorum deſierint, quippe in principio malleoli ſe extendentes, vſque ad cruris maiorem craſſitiem, quę paulo ſupra ſurarum medietatem terminat. Inciſionesq;, vt etiam dixi, ordinatas, æqualibus ſpacijs interſtinctas, atque cultri tractu, ſurę infligunt. Hicq; eſt modus, quo crurum ſurarum ſcarificationẽ Aegyptij moliuntur. GVILAND. Habeo tibi multam gratiam, qui ita clare me

modum,

modum, quo crura Aegyptij ad missionem sanguinis scarificant, edocueris: is autem non videtur diuersus ab eo, quo prisci medici olim vtebantur. Quod ex Antyllo facile conijci potest, qui ita (referente Oribasio) de hac scarificatione olim scribebat; Et sanè
,, pars, quę scarificari debet, prius si fieri potest lauanda est: sin minus aqua tepida, quousque rubefiat est perfundenda, aut spongijs fouenda, aut soli ignive exponenda, ac postea scarificanda. & paulo post: Magnitudine porrò inter sese sint ęquales incisiones, & quę inter eas sunt interualla, inter sese ęqualia sint: Scarificationisque initium ab infernis partibus sumatur: ita enim sanguis ad superficiarias partes decurrens, eam, quę scarificari deinceps debebit, non obscurabit. Incisionum situs per ęquales inter se ordines fiat. Scarificatio autem non κατὰ πληγὴν, idest, per percussiones, sed κατὰ συρμὸν, idest per tractum est facienda, hoc enim pacto citra dolorem fiet. Numerum, magnitudinem, scarificationum, atque legaturam, vt quod cuique suis temporibus sit notissimum, omiserunt: de vapulatione vero uel percussione suræ scarificandę, quę apud illos populos arundine fit, quod & apud Hispanos pro hac facienda scarificatione ad unguem obseruari Amatus Lusitanus in suis Centurijs tradidit, nihil meminerunt, quam cum ad trahendum sanguinem, tum ad stuporem parti scarificandę obducendum, inuentam Aegyptios fateri audio: de magnitudine uero illarum scarificationum quod ex te relatum est verissimum iudicio, quippè eas esse longas, ac profundas, longas quidem digiti crassitie, & profundas vsque quo etiam carnē attingant, ac feriant, paruę enim, quę communiter apud plerosque medicorum in epidermidem uel ad summum ad cutem, quam nec perforant quidē, perueniunt, paucissimam euacuationem prestant. Quod ex Galeno confirmari videtur, in lib. 2. ad Glauc. ita scribente: Tentaui
,, autem sępius plurimas, & valde tenues in superficie scarificatio- cap. 7.
,, nes: contrario autem his modo alias profundiores magnas: & tertias, quæ medium tenebant in lōgitudine, ac profunditate. Quę igitur in superficie fiebant debile auxilium afferebant; quę uerò longę erant, ac profundę, plurimum quidem sanguinis exhauriebant, adeo, vt ferè animi defectum afferrent: Rursus uero ipsę propriam curationem ueluti vulnera exigebant. Hincque mirari nō debemus, si illi medici cruribus eo modo scarificatis quantum uolunt sanguinis detrahunt, cum ipsi longis, ac profundis utantur

ſcarificationibus. Alpin. Longas ac profundas crurum eſſe ſcarificationes, quas ipſis pro vacuatione infligere ſolent, ueriſſimum eſt. Vacuato ſanguine, atque rectè cruribus abſterſis, manuum volis oleo ſeſamino, uel ſepo inunctis per longum, valide ſupra ſcarificationes inferne manum trahendo comprimunt, ut vulnerum labra probè uniantur, mox goſſypio undiq; aptato, arctè linea faſcia totum ſcarificatum crus ligant, indeq; poſt tres dies ligaturam ſoluunt, omniaq; abigunt. Gviland. Inſigni dolore dum ſcarificantur homines affligi debēt, cum hæc ſcarificatio non niſi multis ac profundis inciſionibus conficiatur. Durum atque perdifficillimum erit, hic ob doloris timorem iſtuc auxilium in vſum reuocari. Alpin. Suras, dum eæ ſcarificantur, dolere dubium non eſt, ſed præualido dolore, ut putas, atrociter uexari nequaquam uerum eſt. Nam dolor multus eſſe non poteſt, tum, ut dixerat Antyllus, quia ſcarificatio tractu fit, tum maxime quod priuſquam crura ſcarificentur, & aquę calidę perfuſionibus, & crebris factis in illam uapulationibus, ac arundine percuſſionibus, ſtupeſcit, ſenſuque illo inſigni deſtituitur. Teſtes multi mihi eſſe poterunt multos pueros, quibus ſanguinem eo modo vacuare curauimus, dum ſcarificarentur, vllos vel paruos ploratus edidiſſe. Hoc vnum priuſquam hinc abeam, monere uolui, quippè crura ſcarificata arctiſſime, ac omni ſedulitate deuincienda eſſe, vt inciſiones ſtatim recte coaleſcant, & ſanentur. Aliter enim ni ſumma diligentia ſimul vnirentur factę ſcarificationes, periculum eſſet, ne ęgrotus, cui per hunc modum miſſus fuerit ſanguis, citius à morbo ſanetur, quam eę ſcarificationes coaleſcant, atque priſtinę vnioni reſtituantur.

In



In quibus morbis vsus crurum scarificationis, apud Aegyptos frequentetur, atque in quibus corporibus. Cap. IX.

GVILANDINVS.

AEGYPTIOS ad hanc scarificationem pro tollenda sanguinis plenitudine, veluti ad sacrum quoddam auxiliũ recurrere ex te audio, præsertimq; in ægrotis pueris eunuchis, atque in alijs pinguioribus hominibus. Præcipuos vero morbos, qui illa vacuatione iuuantur, te mihi referre cupio expectoq; nunc vt de his loquaris. ALPIN. In omnibus febribus putridis in principijs vberiorem sanguinem hac via demunt. In puerisq; nullum remedium apud eos est, eo vsitatius, atque magis expertum, vt paulo post dicam. Huius itaque præsidij vsus frequentissimus est, ad omnes putridas febres, quibus sanguinis per venam sectam conuenisset euacuatio, quandoquidem vires præ debilitate minime patiuntur, potissimumq; in continuis, acutis, malignis, atque pestiferis. Hoc enim auxilium parum vires labefactando maximam ægrotis adfert vtilitatem, quoniam simul euacuando, plenitudinem à nobilibus partibus, ad ignobiles noxios humores auellit, caputq; ex hac scarificatione maxime iuuatur, ita, vt nõ facile sit uel in vehementes, assiduosq; dolores, vel diuturnas vigilias, vel deliria, vel phrenitides vel in alia symptomata ab eius huiusmodi vacuatione ipsum incidere, neque eo modo vacuatis, ita facile hypochondria tenduntur ac inflammantur, neque ita sunt obnoxij inquietudinibus, cordisq; angoribus, respirandi difficultatibus, alijsq; viscerum læsionibus, quæ in febribus acutis, malignis, pestiferisque. Mirifice igitur in his febribus id auxilij prodest, quando liberet internas partes noxios succos ad crura trahendo. Quid quæris? noxium humorem à nobilibus partibus, ad ignobiles protrudere, motus est similis ei, quem sæpe naturam critice facere obseruamus, dum à visceribus detrudit humores ad partes ignobiles, perpetuo etenim ipsa non potest humores vel consumere resoluendo per halitus, vel foras reijcere, interim sat ei est, humorem à uisceribus ad quasdam ignobiles partes detrudere, veluti ijs contingit, quibus post

longas

longas febres tumores in cute fiunt. In omnibus verò internis inflammationibus frequentissima ac tutissima isthæc scarificatio est. Certis anni temporibus puerorum multitudo epidemice glandularum fauciumq; inflammationibus uexatur. pro quo expellendo malo in omnibus pueris, infantibusq; etiam istuc auxilij genus exercent. etsi infantibus multi huius vice aures, ut superius dictum est, scarificent. In peste ad hanc sanguinis vacuationem tanquam ad sacrum, & diuinum auxilium confugiunt, neq; immeritò, cum, vt nuperrime dictum est, hac scarificatione tum plenitudo minuatur, tum ad ignobiles partes a nobilibus noxij humores attrahantur. Quare quid dicam, de frequentissimo vsu huius scarificationis, quæ tribus uel ad summum quinque scarificationibus, longis tamen ac profundis, speciem vulnerum præ se ferentibus in peste administratur, quæq; non solum in principio copiam sanguinis tollit, sed toto morbi tempore cum hę apertæ reseruentur, perpetuo noxios succos ad eam partem accersit, atq; vacuat, quod in curanda peste nihil utilius, desiderabiliusq; esse putarim? GVILAND. Remedium prę dolore barbarum, atque fortassè hinc abhorrendum neque iniuria, tamen in peste ipsum laudandum censeo, quando ipso venenum a visceribus euocetur, ad ignobiles partes, atque per eas perpetuo euacuetur. Quemadmodum illi, qui in peste, pestiferisq; febribus vesicantibus vti consuescunt, ut excrementa per eas partes ulceratas effluant, ita non esset improbanda illarum scarificationum uel melius vulnerum euacuatio. Sed perge dicere in quibus corporibus vtantur hac crurum scarificatione. ALPH. Vsum huiusce scarificationis euariant corporum ætas, sexus, habitus, atque temperies. Aetas enim huic auxilio accommodata est infantia, pueritia, iuuentus, atque ętas senilis. Infantes uix annum nati ad hoc auxilium ab ijs admittuntur: vsque adeo pueris familiaris est, crurum scarificatio, ut mulieres, pueros a ploratu firmare uolentes, eos detereant, dicentes se uelle accersire scarificatorem, quem illi Mezaim appellant. Quo audito pueri subitò silent. Eo autem auxilio medici non nisi in pueris magno morbo correptis vti deberent, quia eorum prę mollia, humida, ac summe calida corpora non sunt ita temere vacuanda, quando ipsa suapte natura siue ex se continuo vacuentur. Quę noxam etsi non citò, tamen post longum tempus sentiunt. Hinc plerosq; illiusce gentis crura ac pedes habe-

re

re imbecillos existimo, in plerisq; enim crura edematosa, ac malè affecta spectantur, non immeritò cum Aegyptij ex quacumque causa, minimeque semper ex magnorum morborum occasione, in pueris per hanc consuetam scarificationem largius sanguinem mittere consuescant. In iuuenibus etiam atque senibus scarificationem hanc exercere cernuntur, iure id quidem, cum in illis corporibus ob redundantiam sanguinis tenuioris, atque ob viriū debilitatem ex Gal. hic modus euacuationis sit opportunissimus.
cap. 11. in lib. enim de cur. rat. per sang. miss. ait corporibus tenuiori sanguine redundantibus magis præstare hanc scarificationem, quàm sectionem venæ, quæ tenuioris sanguinis redundantia, tum in pueris iuuenibus, tum senibus obseruatur, etsi horum sanguis frigidior sit, atque illorum calidior.
cap. 7. In his etiam singulis ætatibus virium lapsus pertimescitur, in pueris, & iuuenibus ex multa qua in ijs sponte fit vacuatio, cum Galeno in lib. 9. meth. med. docente eorum corporum substantia omnium facillime digeratur, atque resoluatur, quia est omnium humidissima. In senibus vero uires per se imbecillas esse nemo ignorat. Quamobrem in ipsis meritò scarificatione hac potius quàm venæ sectione vtuntur, qua corpora admodum resolui, & debilitari Gal. in lib. de hirud. reuulf. testatum reliquit. Promptam etiam habent hanc scarificationem in varijs temperamentis, in calidis scilicet, atque humidis, in frigidis & humidis. In siccis vero eam abhorrent. Eodem modo pro ea seligunt corpora pinguia, mollia, & laxa, mulieresq; atque eunuchos exinde ea scarificatione vacuare solent. GVILAND. Rectè sanè cum omnia hæc corpora sanguine tenuiori scateant, qui facillime, vt docebat Gal. paulo supra citato loco, huiusmodi scarificatione vacuatur, quoniam ea corpora minimas venas habent, quas etiam si quis recte secet, Galeno docente, iusta sanguinis copia non profluit. Itaque calidi & humidi, & frigidi ac humidi rectè ea via vacuantur, atque quàm per uenæ sectionem magis tutò, quando utraque corpora sanguine tenuiori exuperent, qui facile per scarificationem vacuatur: ijs adduntur pingues ac molles, vt eunuchi, atque mulieres multæ, quæ omnia sanguine tenuiori prædita sunt. Calida vero & humida, molliaq; corpora facile ex quacunque vacuatione resoluuntur, eaque causa non tolerant per uenæ sectionem præstitam euacuationem, quoniam nimium ab ea debilitantur, ob idque rectè Aegyptios se gerere

arbi-

arbitror in his corporibus, dum vsum scarificationis uenæ sectioni præponunt. frigida vero & humida, qualia sunt mulierum multarum, eunuchorum, & senum si vacuanda sunt, non nisi hac via, ne immodice refrigerentur docuit Gal. in lib. de hirud. uenæ sectione corpora multum refrigerari. In siccis uero vel calidis vel frigidis, quando vtraque crassiori sanguine abundare solent, iccirco per scarificationem non recte vacuabuntur, vt dicebat Gal.
,, his uerbis: Porrò quæ ex mulieribus albidiores sunt, sanguinem
,, aceruare tenuem solent, quocirca adhibitis malleolorum scarifi-
,, cationibus maxime iuuantur, at quæ nigriores sunt, secta uena
,, curato. Crassiorem enim sanguinem ac magis melancholicum
,, colligunt, magis verò etiam si magnas habere venas appareant,
,, quod illis accidit, quæ graciliores sunt ac nigriores. Carnosis
,, verò & candidis paruæ insunt uenæ, quibus malleolos scarificare, quam venam secare præstiterit. Sed his finem nunc imponamus, cum de ipsis satis superq; dictum a nobis fuerit. Verum vnũ habeo in hac scarificatione apud me valde dubium, de parte scilicet ex Galeni mente scarificanda, deq; ea quàm huiusce temporis medici Aegyptij promissione sanguinis scarificant. ALPIN. Nescio quid in ipsa amplius dubij habere possis, cum in ea, tum iuxta Aegyptiorum usum, tum Galeni sententiam literis proditam manifestissimum videatur, suras esse scarificandas. Sed ne tibi graue sit, hoc dubium clarius proferre, vt solutionem meditari possimus, cui nobis sit acquiescendum.

in lib. de cur. tat. p sang. c. 11

An crurum scarificatio in sura, vt Aegyptij faciunt, vel potius in malleolo, vt Gal. docuit, sit facienda. Cap. X.

GVILANDINVS.

QVINIMO ex Galeno hæc dubij occasio ortum habere videtur, quando ipse crurum scarificationem particulatim dicat, malleorum, esse, siue in malleolis fieri. Et Aegyptij in sura parte cruris carnosiori Gastrocnomia Græcis, vt Ruffus Ephesius tradidit, appellata, eam moliantur. Ex quibus illam crurum a Galeno celebratam scarificationem, ab ea, quam

medici

medici illi frequentant, planè diuersam esse non immeritò à multis videri potest. Quando sura atque malleolus pars eadem cruris non sit, sura etenim, quamquam etiam de osse dicatur, cruris posteriore, est uenter cruris siue carnosa pars, inter poplitem atq;
cap.8. malleolum media: malleolus uero vt Gal. habet in lib. de sect. uenarum est imus processus tibiarum, atalo incipiens in suramque desinens. Crurisq; hæ partes existunt, quarum ex situ, atque diuisione facile suræ atque malleoli differentia manifesta est. Ex Galeno cruris scarificationem in malleolo faciendam esse probè ex
aph.17. ipsius uerbis, uarijs multisq; in locis manifestum fit. In lib. etenim 2. aphoris. dixit uenæ sectionē præstitæ vacuationi proximam esse, quæ fit per malleolorum scarificationē. idemq; in lib. de curandi rat. per sang. miss. & in 4. de sanit. tuenda testatum reliquit.
cap.18. cap.11. cap.4. Quare hinc iure dubitare possumus crurum ab Aegyptijs frequētatam scarificationem, non esse illam, qua antiqui pręclarissimi illi medici utebantur. Neque aliquis in malam Galeni uerborum versionem causam referre poterit, cum ipse partem cruris scarificandam nomine hoc quipè σφύρα significauerit. Quod ex Gręca lectione commentarij lib. 2. aph. qui omnium locorum pręcipuus est, patebit, ibi etenim hunc in modum scripsit: κένωσις δ' ὁμοτίμως ἁπάντων τῶν χυμῶν ἡμὲν ἀκειβεστάτη δία φλεβοτομίας ἐστὶν, ἐγγὺς δ' αὐτῆς ἡ τε ἀπὸ σχαζομένων τῶν σφυρῶν ὥσπερ ἡμῖν εἴθισται. Per σφυρα autem omnem intelligunt imum tibiarum processum, quam partem Latini malleolum uocauere. Alpin. Docta sanè ac diligens dubitatio uidetur, non tamen quæ possit, aut debeat aliquo pacto usum scarificationis apud Aegyptios vsitatæ dirimere, vel damnare. Quod sanè si etiam esset, ego potius cum Galeno errare vellem quàm cum Aegyptijs, si alia cruris in parte a sura diuersa, scarificationē
aph.17. faciendam intelligerem. Ille enim in comm. 2. lib. aphorism. ait vacuationem malleolorum scarificatione factam proximam ei esse, quę fit per uenæ sectionem. & in 4. de sanit. tuen. hanc in ua-
cap.4. cuanda plenitudine tantundem ualere, vt uenę sectio: Atque in libro de curat. per sang. miss. eandē pro uenæ sectione ad minuen-
cap. 11. cap. 19. dam plenitudinem in mulierum corporibus albidioribus laudat. Quæ res quo pacto uera erit, si malleoli scarificabuntur? cum ab ijs sanguinis paucissima quantitas educi possit, etiam si profundius incisiones infligerentur, cum ea pars excarnis, atque exanguis sit, neruis ac tendonibus tantum referta. ex quo illiusce partis scarifi-

catio

catio cum ſumme doloroſa erit, tum periculo ſcarificata minime carebit. Quamobrem huiuſce partis ſcarificatio ad reuellendum præſtans erit remedium, ad euacuationem vero nequaquam, cum ex ea pauciſſimus ſanguis mitti, vel educi poſſit. Quo pacto igitur vacuationi per venæ ſectionem abſolutæ, qua copioſus ſanguis promanare poteſt, proxima erit? Dixit euacuationum omnium eam eſſe exquiſitiſſimam, quæ fit per venæ ſectionem, huicq; proximam eſſe, quæ per malleolorum operatur ſcarificationem, quomodo autem erit proxima, ſi illa ſanguis pauciſſimus promanat, & vacuatio omnis quantitatem ſanguinis reſpicit, veluti purgatio qualitatem. Nullo profecto pacto eſſe poterit proxima, cũ non habeat, quod in vacuatione obſeruatur, ſcilicet copiam ſanguinis, quæ uacuatur cum vena ſecta copioſiſſima, atque malleolo ſcarificato pauciſſima. Certe nullo pacto verum eſſe poteſt, Galenum per malleolum intellexiſſe extremã cruris partem oſſibus, tendonibus, neruisq; tantum refertam, omninoq; excarnem. Nãque eius mentem fuiſſe arbitror, vacuationem ex cruribus faciendam, poſtquam meminit, ipſum velle medicos debere partem cruris ad vacuationem aptam ſeligere, ex qua queant deſideratam copiam ſanguinis educere, quæ vtique neque poples, neque malleolus erit, cum hæ partes tendinoſæ ac ferè exangues ſint, & ad ſcarificandum riculoſæ, neceſſario igitur erit aſſerere ipſum ſuram, ſiue ventrem cruris, carnoſam, ac multis venis repletam, intelleXiſſe. Quod veriſimile videtur, cum pleriſque in locis à cruribus ſcarificatis fore moliendam ſanguinis vacuationem docuerit, neq; immeritò, cum crus ex triplici parte conſtet, ſcilicet, poplite, ſura, & malleolo, non extremis, ſed potius medio ſignificetur, nam ſi cuip piam crus oſtendere voluerimus, non poplitem, vel malleolũ, quæ ſunt eius extrema ei detegemus, ſed magis ſuram. Crura uero fore ſcarificanda pro molienda vniuerſi corporis vacuatione, ex Galeni locis pleriſque conſtare facile hinc cognoſcemus. Is ſiquidem in lib. 13. meth. med. ait: Manu enim laborante ſcarificabis crura. Et in lib. de Hirudinibus: Quemadmodum ſanguinis perfuſionibus ſuppreſſis (quas hæmorrhoidas Græci uocant) crura ipſa lota quidem prius, vel ſpongia calido fomento adhibito ſcarificantur. & paulo poſt: à cruribus vtpotè ſanguis ducendus. in pluribus etiam alijs locis licet legere apud ipſum crurum ſcarificationem. Cui ſententiæ addicti quoque viſi ſunt, Antyllus, Oribaſius,

cap. 5. capit. de ſcarificatione.

basius, qui omnes crurum scarificationem nominarunt. Apollo-
cap. 19. nius verò rem apertius significasse videtur, cum hæc scripserit: ple-
,, thoram autem commoderatam, quæ aliquid malefactura sit, ac
,, iam euersionem in morbosum statum attingat, tibia, scarificatio-
,, nibus uexata, innoxiamq; totam quam uolumus sanguinis illiga-
,, tionem reddiderit, citrà validam totius molis commotionem, solu-
it. GVILAND. Tuæ sententiæ me quoque addictum habes, sed cur aliquando Gal. partem scarificandam particulatim edocens, dixerit, esse malleolum? vt ex Græco etiam nomine σουρα planè cognitum est. ALPIN. Aliqui ex Aegyptijs respondent, Galenum scarificandam partem uocasse malleolum, quoniam ea pars, quam nostri suram appellant, proprio nomine vsitato carebat, licet aliqui eam appellarint γαστροκνημίαν, apud omnes tamen illud nomen non erat usitatum vel cognitum, ob idq; nomine malleoli, quæ est scarificandæ parti pars proximior, partem scarificationibus uexandam indicauit. Suræ uerò nomen ei non proprie conuenire aiunt, cum proprie illo nomine os cruris posterius, & non musculum illum, ventrem etiam à quibusdam cruris nuncupatam. Alij uero melius respondere putantes, scindunt, vel diuidunt crus in tres partes, scilicet in malleolum, suram, & poplitem. Malleolumq; cruris partem esse aiunt à pede incipientem, quæ ad cruris partem crassiorem, carnosioremque, eleuatioremve desinit. Suramq; esse crassiorem partem cruris, atque ab ipsa declinare incipiente poplitem accedere, qui ad genu vsque terminatur. Ex qua diuisione clarissime apparet, Aegyptios malleolum, & non suram scarificare, non crassiorem, atque eleuatiorem, sed quæ ea minus esse crassam, & carnosam superius dictum sit. Incipiunt enim scarificationem parum supra clauiculam, ferè ad cruris eleuatiorem crassioremq; partem eã continuantes. Quare iuxta istorum sententiam uerè malleolum scarificãt, minimeq; suram, uel partem malleoli, & surę. Qui uerò hanc cruris diuisionem minime laudant, saltem fateri debent, Galenum vocasse



caſſe malleolum, quoniam vult ſuræ tantum medietatem malleolo contiguam ſcarificari, ad differentiam illius, quæ ad poplitem peruenit, vel demum uocauit malleolum, quoniam ſcarificationem deorſum incipientes, ab ipſo malleolo omnes illam exordiuntur. GVILAND. Rem hanc perdocte, atque diligenter hactenus es perſecutus, atque ita, ut hinc dubitare amplius de cruris parte ſcarificanda non liceat. Sed tempus eſt, ut ad alios uſus ſcarificationis narrandos te transferas, vt quæ ſuperſunt de hac materia dicenda, hac die abſoluere poſſimus.

De ſcarificatione partium inflammatione, tumore, puſtula, colore non naturali, inſigni dolore, vexatarum apud Aegyptios frequentata. Cap. XI.

GVILANDINVS.

AN non illi alias partes pro alijs vſibus ſcarificant? quando priſci medici eam ad multa alia ſcarificationem commendarint. ALPIN. Itidem & ipſi pluribus alijs affectibus cutem uexatam ſcarificare ſolent. In uehemētiſſimis enim doloribus potiſſimum uel ex copia, uel venefica qualitate ſenſibiles partes ledente in fluxione paululum firmata, premiſſa vniuerſali, tum purgatione, tum vacuatione, partes dolore afflictas, vel proximas illis alte ſcarificant, multumq; ſanguinis emanare ſinūt. In ſingulis enim inflammationibus diu perſeuerantibus ſolent, partem inflammatam alte ſcarificare, veluti in pleuritide latus dolens, atque in peripneumonia pectus, dextrumq; hypochondrium iecore inflammationem patiente, atque liene ſiniſtrum, atque ſic de alijs inflammatis partibus facere ſolent, preſertimq; in magnis eryſipelatis, uel aliqua alia inflammata parte, ubi pertimetur ne in gangrenam degeneret, uel in ſcirrhum abeat. In vſu frequentiſſimo habent in podagricis doloribus ex ſanguinis defluxu obortis poſt vniuerſalem uacuationem, tumefactos digitos dolentes ſcarificare: ea enim ſcarificatione modico defluxi ſanguinis uacuato, mirifice eis conducit. Eodem itidem modo, tum in tumoribus,

tum

tum in vlceribus ad cicatricem non venientibus, ſcarificatione vtuntur. Ad omnes etiam cutis defedationes, maculas puſtulaſque, idem præſtare ſolent. Non minusq; etiam partem à ſcorpione ſauciatam, vel ab aliqua alia fera demorſam alte ſcarificant, multumq; eo modo ſanguinis ab ea parte detrahunt. Ad hæc igitur Aegyptios etiam partis ſcarificatione vti obſeruaui; quem vſum planè à noſtris laudatum etiam intelligo. Sed te de ipſo aliquid loqui decet, vt ſciamus, an ille ſcarificandi afflictas partes vſus ex artis ratione laudari queat. GVILAND. Cur non hic vſus etiam ſcarificationis laudandus erit, quando reſpiciat partis moliendam vacuationem. Cui etenim dubium eſt, in omnibus vel inflammationibus, vel fluxionibus, humorum ex plenitudine obortis, binas indicari vacuationes, alteram totius vniuerſalem appellatam, atque alteram partis, in quam humor decubuit. Qua vacuationis diſtinctione in his affectionibus, quemadmodum in primis neceſſaria eſt totius corporis vniuerſalis vacuatio, ſic poſtea inflammatæ partis particularis, illa enim cauſam reſpicit abigendam, atque hæc affectum ipſum. Noſtri vero medici multi hunc vſum partis ſcilicet, inflammatæ ſcarificandi tutò frequenti poſſe negant, eo maiorem defluxi ſanguinis copiam in partem affectam ferri aſſerentes, ex quo non poſſe iuuari ægrotos autumant. Quod tamen vanum eſſe exiſtimo, corpore prius probè vacuato. Quinimo in ijs etiam cucurbitularum vſum Galenũ laudaſſe certum eſt, quibus facilius ex præualida, quam præſtant, attractione, ad læſam partem humorem copioſiorem deduci poſſe, atque exinde inflammationem, vel fluxionem peraugeri ſuſpicandum eſſet. Sed de ſcarificationibus ſatis. Ad vſumq; variarum partium inuſtionis, quem maxime eam gentem affectare audio, tranſcundum eſt. Quem te ſedulo apud illos obſeruaſſe, certò ſcio, de ipſo igitur cupio modo te ſermonem facere, vel ipſum vſum probè, vt reliqua feciſti narrare, quem mihi non minus vtilem, quàm reliqua ex te audita fore ſpero.

lib. 13. meth. cap. 17.

De

De varijs partium inustionibus, quæ selectissima secreta ad varios curandos morbos apud Aegyptios habentur. Cap. XII.

GVILANDINVS.

AVDIO igitur apud eos populos variarum partium inustionem, non secus quàm olim apud antiquos medicos in vsu fuerat, adhiberi tanquam præstantissimum auxilium ad multos morbos sanandos, quod remedij genus, veluti priscis sæculis notissimum ac vsitatissimum semper fuit, ita nunc apud nostros ferè omnino obsoleuit, atque non sine aliquo artis medicæ dedecore, ac etiam non leui ægrotantium iactura, cum hoc præsidio multis ægrotis desperata sanitas miraculo quasi restituta fuerit. De hoc igitur præsidio aliqua ex vsu Aegyptiorũ nunc ex te scire desidero. ALPIN. Homines ibi quasi infinitos licet spectare, quibus ex cicatricibus multas partes inustas fuisse certò conijcitur, Siquidem permultis capitis partes, præsertimq; sinciput, occiput, aliasq; pericranei, non minus tempora, post aures, collum, pectus, latera, hypochondria sub vmbilicum, spinam dorsi, articulosq; vel brachiorum, vel manuum, vel crurum, vel pedum inustos fuisse ignis relictæ cicatrices facile, ac certo significãt. Et ut uno verbo dicam, omnes eius regionis incolæ, inustionem ad multos morbos alijs remedijs non cedentes pro secreto habent auxilio. GVILAND. In primis inurendi modum mihi narrato, atque an ipsi inurant ferro, vel auro, vel medicamento igneam facultatem obtinẽte, & ad quos morbos inustionis ille vsus apud illos ita familiaris euaserit. ALPIN. Non ferro, non auro, neque alio metallo ignito ad inurendas partes illi vtuntur, neque vt aliqui vtebantur, buxeis lignis, sed gossypio, & lineo panno ignito inustionem moliri consueuerunt. Volentesq; inurere aliquam partem corporis, sumunt lineam petiam, cubiti longitudine, latitudineq; trium digitorum, atque gossypij iustam quãtitatem, quod totum linea prædicta petia inuoluunt, ac filo serico ligant ad formam piramidis, ipsiusq; latiorem extremitatem vrendæ parti applicant, probeq; cuti adhærere student, alterumq; caput vel ex-

tremum succendunt, comburiq; permittunt, quousq; fasciculus ille ex linea petia, atque gossypio omnino crematum sit, continuedum cutis uritur, carnem circum circa ferro tangentes, ne ex eo calore oboriatur interea aliqua inflammatio. obseruant etiam dũ inuolucrum illud parant, vt in eius medium sit foramen, vel meatus, per quem fiat aliqua respiratio, atque euentatio. Post inustionem in parte exusta vtuntur ossium medulla, quoad eschara cadat. Hicq; est inurendi modus apud eam gentem obseruatus, ac frequentatus. Estq; non modo Aegyptijs familiaris, sed multo magis Arabibus equitibus sub tentorijs degentibus, atque alijs omnibus loca deserta habitantibus, qui cum alijs careant loci inopia auxilijs, inustione multos morbos sanant. Paucissima etenim ipsorum corpora inuenies ab igneis cicatricibus non defedata. Vsus remedij ibi est frequentissimus, ob multos genuum, aliorumque articulorum atque partium aliarum dolores antiquos, ex fridorumque humorum defluxu obortos, aut à simplici frigida intemperie, uel a flatulento spiritu aliunde elato, uel in ipsa parte genito. Doloribus igitur, ijsq; antiquis hac inustione occurrunt, qua partium omnem imbecillitatem corrigunt, contentos humores, vel flatus resoluunt, articulosq; calfaciunt, & uali de siccando roborant. Hincque mirum non est, si prospere hoc remedium in omnibus articulorum doloribus curatu difficilioribus, experiuntur, potissimumq; in coxendico dolore multas vstiones non modo supra articulum, sed etiam supra femur facientes. Et non minus in podagra & chyragra, priusquam pedes vel manus tophi inuaserint, uel geniti sint. Exurunt enim articulos, atque illis superpositas venas. in podagra, ex qua dolor occupat nodum policis exurunt supra ipsum inquam nodum inter policem, & indicem. Qua facta ipsarum partium vstione, per quas humor ad debiles articulos fluit, uiæ angustiores redduntur, neque ita facile post humor ad articulos fluet; ex quo, neque ita facile in podagram incidunt. Gal. siquidem in 6. lib. aphorism. dicebat, duplicem esse causam podagricorum dolorum, alteram humoris redundantis fluxionem ad articulum, atque alteram articuli imbecillitatem, qua articulus defluxioni succumbit. Altera uero harum deficiente nõ posse homines simili malo corripi, a Galeno ibi proditum est. Itaque Aegyptij inustione, articulorum laxitatem uel debilitatem corrigunt, roburque ipsis conciliant, quo ab humoribus illuc de-

currentibus

currentibus defendantur,minimeq; ipsis succumbant. Probatissimum igitur est remedium ad quascumque partes ab humorum defluxione vexatas. Verum non tantum partes fluxione vexatas inurunt, sed illas quoque, quæ ipsis humores demandant. Atque ea ratione caput multis vstionibus afficere solent. Ad omnem etenim fluxionem vel destillationem à capite ad pectus, aut pulmones, vrunt synciput, verticem, occiput, ac quod est post vtramque aurem, quod etiam faciunt in antiquis lippitudinibus, atque alijs diuturnis oculorum malis. In epylepticis non minus, paraliticis, apoplecticis, uertiginosis, amentibus, patientibusque in capite grauitatem, stuporem, stoliditatem, atque somnos immoderatos. In vehementibus doloribus ex capitis distillatione effectis, oculorum, aurium, atque dentium, tempora inurunt. Periodicos dentium dolores, commotiones atque putrefactiones gingiuarum, ipsorumq; dentium, perustione sanant. Quamobrē inustione partibus, tum humores mandantibus, tum ijs, quę ipsos præ imbecillitate recipiunt, obsistunt. Qua de causa vtiliter inurunt suspiriosis à frigidis crassisq;, ac lentis humoribus pulmones ac asperam arteriam inuadentibus, vel obsidentibus, pectus: & vexatis à malignis ex capite ad thoracem distillationibus, sanguinemq; etiam expuentibus, ab ijsdem humoribus aliqua vena erosa, caput & pectus. Phtysicis, & suppuratis empyjs uocatis pectoris tantum partes exurunt. Dominicus à Rege quadraginta annorum Cayri multos annos ab asthmate difficillimo vexatus, à nullo ex inumeris ab ipso expertis auxilijs iuuatus, demum ad pectoris ustionem Aegyptiorum modo præstandam, ad ultimam salutis spem, quasi totus consumptus ac ferè tabidus, sibi pectus triplici ustione inussit, vlceraq; diu aperta seruauit: quo auxilio sanatus est. Habentibus quoque stomachum frigidū humidumque, & ab humorum defluxu, à flatibusq; multis vexatum, eo auxilio succurrunt. Hepar etiam ac lienem induratum, refrigeratumque multa cum vtilitate inurunt. Et in hydrope sub vmbilico, sub hypochondrio sinistro. In doloribus dorsi, lumborum, colli, articulorumq; omnium hoc auxilium frequentant, in spina dorsi, lumbis, collo, & alijs partibus dolore cruciatis ustionem adhibentes. In tumoribus à crudis pituitosisq; humoribus obortis inustione vtuntur pro secreto. Demumq; hoc auxilium, quod citò multa mala sanet, inopum proprium esse affirmant. Hoc igi-

tur est illorum propositum auxilium, quod multis alijs vtilitatem in morbis antiquis præferunt, de ipsoq; illi populi non parum iactantur. GVILAND. Gloriam hanc alijs concedant, satisq; eis sit tanti remedij commodo, ac beneficio uti posse. Vbi ex te nũc modum audiui, quo id genus remedij factitant, fere præ tanta illorum doctrina obstupui. Etenim quod fortassè alij paruifacien dum fore putarint, quippè ipsos inuolucrum ex linea petia cum gossypio piramidali forma paratum, acutiore altero eius extremo ignito, alteroque latiore parti vrendæ applicato, ac aptato, sinentes cutim inuri, non sine multa ratione ab ijs fieri existimo. Nam eos non vti ferro ignito, vel aliquo alio metallo, sed inuolucro ex gossypio, & linea petia parato, accenso, quod ignis cum sit in materia rariori, clementius agat, alteret, ac resoluat, mitiusque dolorem ac inflammationem cuti, dum uritur, inferat, ex quo hic inurendi vsus non est apud ipsos ita horribilis, qualis est nostras. Ignito enim quouis metallo, intensissimus, ac intolerabilis dolor excitatur, qui ægrotos misere dilacerat, ob quem dolorem hoc genus remedij nostri non immerito abhorrent. Materiam hanc vstionis creditur nouisse Polybus in lib. de affectionibus, quando in coxendico dolore, ac podagra scripserit, ustionem esse faciendã lino crudo. Censeo igitur illos rectius agere, quàm nostri, qui ferro ignito vtuntur, dum gossypio, atque lino ignito utentes, ut mitius in resolutione se gerant, neque ita partem vrendo inflamment, præsertimq; vbi nerui, tendinesq; reperiuntur, periculum si quidem est, ex præualido igne ne multum lædantur. Sed maius artificium ex vrendi modo detego, aptantes cuti urendæ alterum inuolucri extremum non ignitum vel succensum, atque alterum, quod semicubiti longitudine a cute distat, in primis succendentes igniunt. quo sane modo primo illos vrendam partem, non ignire apparet, ut nostri ferro cauterizantes facere solent, pessimeq; mea quidem sententia, quando subitaneas mutationes natura recte nõ ferat, uel etiam ab ijs non modice lędatur. Atque sensim ac sensim partem à succenso inuoluti extremi ad calorem disponi, atque ita calefieri, vt toto inuoluto cremato, igneque ad cutem deducto cutis prius calfacta, fereq; stuporem ex eo adepta, ignis incendium non omnino totum sentiat, neque ab eo admodum doleat, quòd etiam ignis incendium rarioris inuoluti substantię ratione, neque immodicum sit. Duo igitur ex huius præsidij operatione scitu

digna

digna animaduertuntur, quippè partem ab igne clementius inuri, atque ab ea haud immoderatum, qualis ex igniti ferri ustione sentitur, percipi dolorem, primum ab accensæ atque ignitæ raræ substantiæ, scilicet gossypij, & liniratione fit, atque secundum, preaccepto calore ex totius inuolucri combustione, quę sensim ac sensim procedit, cute calorem stuporemque adepta, non ita acute sentiente. Ex his hoc auxilij genus facilius ægroti admittent, neque prę intensissimo dolore, qualem ferro factæ inustiones inducere solent, ipsum abhorrebunt. ALPIN. Hac ratione ęgroti facilius admittent ustionem non ferro, uel aliquo alio metallo, uel supradicto inuoluto, sed medicamento ignea vi prędito, clam ustionem faciente prestitam, quando hoc nullo, vel saltem leuissimo dolore vstionem prestet, quo etiā remedio multi fonticulos apud nostros vsitatos factitae solent. GVILAND. Nostri appellant hęc medicamenta caustica potestate, ueluti inustiones actu dicuntur caustica, quæ tamen auxilia inter se non parum differre, medici omnes cognoscunt, quando ea minime urendo, roborēt partes ob ipsorum veneficam naturam, calorem naturalem partis exoluentia: & hęc ipsum viuicantia, humidumq; excrementitium resoluentia, multū vstas partes roborent. ALPIN. Possunt itaque Aegyptij medici meritò tanti auxilij cognitione non parum gloriari, lętariq; se his sęculis solos auxilij huius vsum, atque vtilitatem prestare posse. GVILAND. Neque hoc uerum erit, quando neutiquam huius remedij inuentores fuerint, vel ipso soli vsi sint. Antiquis etenim ipsum probè fuisse cognitum multorum testimonijs constat. Namq; Hippoc. de capitis vstionibus in lib. 2. de morbis, in capite humoribus repleto post totius prestitam purgationem, ait:

„ Crustas octo capiti inurito, duas circa aures, duas in occipitio
„ hinc atque ad ceruicis neruum duas, in naso circa angulos ocu-
„ lorum. Venę autem circa aures vrendę sunt, donec pulsare desi-
„ nant. Ferramentis uero cuneoli forma paratis, obliquas uenas perurito. & in lib. de loc. in homine easdem capitis ustiones laudat, pro capitis dolore tollendo. Et Gal. in ijs, qui morbo laterali ęgrotant, de hoc auxilio in 7. comm. aphor. ita dixit: Quos urere
„ consuetos esse ueteres discere licet ex his, quæ dixit Plato Comi- aph. 44.
„ cus de Cinesia, hisce uerbis: Post hęc Euagorę filius Cinesias è
„ morbo laterali aridus, puris expers, calamacea gerens crura, tabis
„ nuncius, plures escharis corpus inustus, in concionem prodijt.

Hippoc. etiam in præcitato libro de morb. laudat, ijs, quibus pulmones sunt inflammati, vt pectus, & dorsum inurant. Ibidemq; non minus in sputo sanguinis, priusquam adpuris sputum deuentum sit, vrendum esse pectus, atque dorsum ex vtroque latere memoriæ prodidit. In suppuratis vero vtilem quoque esse vstionem in 7. lib. aph. docuit. necnon in lib. de internis affectibus idem confirmauit, quod etiam in 3. lib. de morb. apud ipsum legitur: præsertimque vstiones ad eos morbos curandos propè septum transuersum fieri oportere meminit. In hepate vero indurato, vel inflammato, ita in lib. de inter. affect. scriptum reliquit, dicens: Si uero
,, neque sic desinat, vrere oportet, quum maximum factum fuerit, &
,, maxime eminuerit. Vrito autem per buxeos fusos in oleum fer-
,, uens tinctos. Apponito autem donec tibi bene habere, & vstio-
,, nem factam esse visum fuerit, aut per fungos octo crustas inurito.
,, Ibidemq; in liene tumefacto faciendum esse docuit, his uerbis: Si
,, vero ab his non melius habeat, splenem fungis vrito decem magnis crustis inustis, cum maximus fuerit splen, & maxime eleuatus. Idemq; in eodem libro pluries confirmat, atque docet. Ad articulos uero, qui ob multam humiditatem vel dolent, uel luxantur, ustionem summopere conducere scribit. Quod manifestissime apparet ex his, quæ apud ipsum leguntur in lib. de aere loc. & aq. in hunc modum: Magnum autem argumentum humiditatis
,, corporum Scitharum hoc exhibeo. Multos enim ipsorum, præ-
,, cipue qui Nomades sunt, reperias exustos humeros ac brachia ha
,, bentes, manuumq; iuncturas, pectora, coxas, & lumbos, nullam sa
,, nè aliam ob causam, nisi ob humoris, & mollitiei naturæ detra-
,, ctionem. Nam neq; arcus intendere, neque telum torquere pos-
,, sunt, præ impotentia humiditatis humororum. Quum autem
,, vruntur, humor ipse à iuncturis exoluitur, fiuntq; corpora ipsorũ
,, validiora, melius nutriuntur, & magis redduntur articulorum vsu
,, potentia. Particulatim uero in coxendico dolore in lib. 7. apho.
,, ait: Quibuscumq; a coxendicum dolore molestatis diuturno ex-
,, cidit coxa, ijs crus tabescit, & claudicant si non vrantur. In hisque
aph. 60. malis utilitatem ex ustione Gal. in comm. hisce uerbis comprehen-
,, dit, dicens: Cum ipse suadeat aduri coxam, sicut in lib. de artic.
,, docebat, vt & id, quod mucosum est absumatur, & laxitas cutis, ad
,, quam articulus lubricat magis ex adustione contracta, arctet, ac prohibeat articulum transponi. Et in lib. de internis affect. Hippoc.

poc.ait,in coxendico dolore esse crus urendum multis, atque profundis inustionibus. Atque in lib.de affect.quem Polybi Gal.esse autumat, legitur crus esse inurendum lino crudo. Hoc idem ex Græcis Paulus in lib.3. confirmat his utique uerbis: Quare cum
,, vitium longius se prorogat,articulum tribus,quatuorve locis vre- cap.77.
,, re oportet,ut in chyrurgia dicetur, ac complusculis diebus ulcer
,, ra adaperta,sine cicatrice seruare,quod clarius docet etiam in sexto libro. Cornelius Celsus ex latinis in lib.4. suæ medicinæ scri-
,, bens de coxendico dolore ait: Vltimum est, & in ueteribus quo-
,, que morbis efficacissimum, tribus aut quatuor locis super coxam
,, cutem candentibus ferramentis exulcerare, & genuum inueterates dolores uix citra ustionem finiri. In podagra uero uenas paulo supra pollicis digiti articulum,uel nodum inuri oportere lino crudo Auctor lib.de affect. nobis prodidit. Quod Aetius in lib. cap.25.
12.ubi scribit de articulorum morbis planè confirmat. Quem locum hic non inutiliter referendum esse duxi, quia ad omnium articulorum dolentium curationem mirifice faciat. Ibi itaque ab
,, ipso literis tradita,hæc existunt. Crustas igitur inurere oportet
,, aliquas quidem paulo altius loco fluore infestato, aliquas uero
,, propius, atque id cauterijs facere præstat, aut si id æger ferre re-
,, cuset,cum medicamentis, longe autem prestantior est cauteriorũ
,, vsus,nam & citius, & siccius perurunt. In vniuersum uero pedi-
,, bus ex fluxu infestatis,loci circa utrumq; talum forinsecus, & in-
,, trinsecus inurendi sunt,cauterijs iuxta magnas ibidem sitas venas
,, admotis,paulo altius supra talorum locum. Inurendus item lo-
,, cus inter magnum pedis digitum,& eum,qui ei proximus est,me
,, dius,ubi sane venæ magis tumefactæ conspiciuntur,presertim ex
,, eis maxime. Quibusdam autem & articulos ipsos exurere expe-
,, dit,quùm submucidi ualde conspiciuntur,priusquam durities ad
,, modum toforum in eis generetur. Sciendum tamen inquit Ruf-
,, fus,quod in articulorum submucidorũ perustione ulcera ægre cu
,, rabilia oboriuntur, uerum ubi cicatrices coaluerint, maximum
,, robur ipsis articulis prebent,ut non amplius ad suscipiendum influentia excrementa sint apti. Hæcq; ac multa alia multi antiqui medici de ustionum utilitate,& usu scripsere. omitto multos alios ex Arabum schola, ueluti Haly Abb. atque alios, quos hec eadem cognouisse ex ipsorum scriptis constat. Non tamen modum inurendi,qualem Aegyptij frequentant,ullum antiquorum,

uel iuniorum medicorum cognouisse comperi. Nisi dixeris Auctorem lib. de affectio. tali experientia aliquando vsum fuisse, cum ad coxendicum dolorem, & ad podagram, inustionem lino crudo faciendam tradiderit. At isti non lino crudo, sed cocto, atque gossypio id præsidij genus exercent. Audio etiam Barbaros multos urere solis petijs lineis coctis simul glomeratis, & inustis. ALPIN. Fortassè hoc auxilium non videtur omnino tutum, quando apud Hippoc. lib. 5. epidemiorum legatur, Eupolemum coxendico morbo afflictum, ex multis magnis inustionibus supra coxam factis interijsse. GVILAND. Respondet eius libri Auctor, & rectè sanè, Eupolemum mortuum fuisse, à magnitudine, & multitudine vlcerum, atque ex virium imbecillitate. quæ morbo admodum imbecillæ redditæ, tam grande remedium ferrè non potuerunt. Sed his nunc finem imponamus. ALPIN. Quin huic de vstione sermoni paulisper adhuc immoremur, siquidem ea gẽs hoc præsidio familiarissime ad empyos, hydropicos, herniosos, atque ad omnes frigidos tumores utuntur. GVILAND. Age igitur aliquid hac de re, si quid habes, afferas. ALPIN. Vstione vtuntur in suppuratis, quos Empyos Græci uocant, hydropicis, herniosis, atque in frigidis omnibus tumoribus. Qui pectus, ac dorsum inurere solent, tribus uel quinque vstionibus inflictis, modo antea narrato, eo auxilio multi suppurati sanitati fuere restituti, nam per factas inustiones pus continue resudabat, quousque totũ uacuatum fuerat. Hic modus non admodum periculosus est, quoniam modicum sic puris sensim, ac sensim trasmittitur, & uacuatur. Rectèq; Hippoc. hi sequuntur in copia puris educenda, qui in lib. 6. aph. scripsit. Quicumq; suppurati aut, aquam inter
,, cutem patientes uruntur, aut secantur: si pus, aut aqua vniuersim effluxerit, omnes moriuntur. In pectoris, pulmonumq; inflammationibus, atque in tumoribus frigidis, & non minus in anhelosis ex frigida temperie, frigidoq; humore, vstione vtuntur, quem vsum in ijs morbis Hippoc. in libro de morbis, & de internis affec. docuit. Vrunt hydropicos aqua affectos, multis in locis, quorum alij sub umbilico in tribus locis, aperta vlcera seruantes, ut per ea aqua ex sudare queat, alij in stomacho, liene, hepate, atque sub umbilico inustiones infligentes, vtuntur in plerisq; ustione prænarrata, atque in multis etiam medicamento potestate urendi prędito, alij sub clauiculis pedum, atque alij supra genu intus extraq;

inuren-

inurentes, vlcera aliquandiù aperta ſeruantes. Alij etiam tibias eo modo inurunt, vel ueſicant, veſicisque ex iſtis ulcera eodem modo faciunt, per quæ paulatim aquam vniuerſam uacuant. His omnibus inuſtionibus hydropem aſcitem ſanant. itidemque hernias aquoſas, atque etiam carnoſas, de aquoſis mirum non eſt, ſi inuſtione ea, quæ cum actu eſt, tũ potentia, ſanentur, quando aqua eo auxilio abſumatur, ſed carnoſis etiam eo auxilio curatas in multis fuiſſe hernias vidi, quemadmodum & tumores omnes frigidos Oedematoſos, atque ſcirrhoſos. GVILAND. Quid de canceroſis obſeruaſti? ALPIN. Paucos eo auxilio curari, niſi in principio, ubi neque occulti, neque magni tumores ſint. Scirrhos uerò ex phlegmate craſſo obortos eo auxilio tolli, certum eſt. Sed de vſtionibus iam ſatis, etenim de ijs multa locuti ſumus, eaq; attulimus, quæ etiam apud Hippocratem, Galenum, Auicennam, atq; alios grauiſſimos medicos paſſim leguntur. Ad nonnullas alias adminiſtrationes chyrurgicas iam tranſeamus, in primisque ne hydropicorum, empyorum, herniosorumque alijs remedijs diſperata ſalus, ſectione aliquando multis reſtituta in obliuionem abeat, de ea ſectione aliquid prodam, ac interea de nobiliſſimo modo, quo illi lapides è veſica ſine vlla inciſione educunt, deque ridiculo experimento, quo dyſentericos fluxus ſanare autumant. GVILAND. Multam tibi gratiam habeo, qui hæc etiam proferre in medium velis, non inutilem fore mihi hunc tuum ſermonem ſpero, quamobrem expecto, quid loquaris.

De

De

De sectione, qua in hydropicis, & suppuratis Aegyptij vtuntur. Cap. XIII.

ALPINVS.

SVRANT etiam non raro hydropicos, sectione aquam educentes, quorum varij varias sectiones ad id celebrant, alij siquidem sub umbilico per tres digitos versus partem, a qua hydropis ortum duxit, terna vulnera infligunt. Atque alij paruis scarificationibus ventrem tumidum scarificant, per quas aqua paulatim exit. Alij uero tutius supra, uel infra pedum clauiculam intus extraq; binas adigunt sectiones, per quas commode, sensimq; ac sensim aqua educitur. Quo sane modo sectionis aliquos ab hydrope effatu digna sanatos obseruaui. Sed periculum tamen est, ne à lõgo aquæ ad eas sectiones defluxu illiusce partis, tum ulcera aperta, tum cæterę alię partes mortuo ferè calore in cancrenas mutentur. Mulierem etenim Venetijs vidi, ijs sectionibus omnino ab hydrope sanatam, & paulo post vlcera illa in cancrenas degenerasse, à quibus gracillima mortua est. GVILAN. Nouum illud remedium non est, quando omnibus antiquis medicis, iunioribusq; non minus probè notum fuisse, multorum scriptis planè constet. Hippocrati enim id notum, aphorismus vigesimus sexti libri certe explicat, Cuius uerba hæc sunt: Quicumque
,, suppurati, aut aquam inter cutem patientes vruntur, aut secantur
,, si pus, aut aqua vniuersim affluxerit, omnes moriuntur. Et in lib. de loc. in homine hæc leguntur. Cęterum in puero hydropem sic
,, curare oportet. Partes tumidæ, & aqua plenę aperiendę sunt scal
,, pello & frequenter, ac parum educendum est. Educendum autem
,, est à singulis corporis partibus, & fomentis utendum, & semper
,, locum apertum, unde eduxeris calfactorio medicamento illines. In lib. uero de affect. ubi curationem hydropis recenset, idem con-
,, firmauit, dicens: Si igitur a pharmacis, & alia uictus ratione ęger
,, vtilitatem percipiat, & uenter ipsius euacuatur, bene est: sin minus
,, sectione facta aquam emittat. secatur autem vel iuxta umbilicum vel retro iuxta lumbos. Gal. etiam de hoc auxilio multis in locis meminit, sed clare satis in comm. 6. aphorism. cum dixit: In ijs au- aph. 27.
,, tem, qui aquam intercutem patiuntur, illę, quæ a Gręcis paracen-

teses

teſes, ideſt punctiones nominantur, magis quam vſtiones, medicis
cap. 30. ſunt conſuetæ. In lib. uero de compoſ. medicam. ſecundum loc. 9.
hæc ita etiam ſcripta de hydropicorum curatione, ex Archigene
,, reliquit: Scarificatis item ipſorum talis, & vulnuſculis impactis
,, ipſos in ferculo, aut lectica geſtato, ac circumuehito: multus enim
humor hoc modo ipſis profluere ſolet. Quam curationem ad un-
cap. 21. ,, guem ferè meminit Celſus in lib. 3. ubi ſcripſit: incidendum quo-
,, que ſuper talum quatuor fere digitis ex parte interiore, qua per
lib. 6. aliquot dies frequens humor feratur. Et Paulus, & Aetius proli-
cap. 50. xe ſatis huiuſce remedij vſum ac adminiſtrationem prodiderunt,
lib. 10.
cap. 20. preſertimque Aetius, ex quo quiſque noſtrum poterit ſectionis in
hydrope rationem habere. Arabes etiam omnes eodem modo ſe-
pe hydropem aſcitem, atque leucophlegmatiam curandam eſſe
nobis tradiderunt, ut apud Auicennam, Albucaſim, Haly, atque
Raſim legere poſſumus. Antiquis igitur medicis id auxilij genus
notiſſimum fuit, & non modo ad duas hydropis differentias, quip-
pè ad aſcitem, & anaſaream, vel leucophlegmatiam, verum etiam
ad hernias aquoſas, & ad omnes aqueos tumores. Herniæ aquoſæ
tutiſſime hac ſectione ab omnibus curantur. Quod autē cognoſca-
tur hoc remedium pro hydropis curatione etiam ab omnibus iu-
nioribus, atq; preſentis temporis medicis, id ut manifeſtum omit-
to. Non eſt itaque remedium hoc tantum Aegyptiorum, ſed om
nium ferè aliarum nationum, ad id mali inuentum. Non eſt ta-
men admodum in frequenti vſu, tum quia, ut recte monent opti-
mi medici, poſt alia omnia auxilia tentandum eſt, tum etiam quia
rarò eo hydropici iuuantur. Alpin. In Aegypto eſt ſatis fami-
liaris ſectio hæc apud pleroſq; prope talum, ſupra cauiculas admi
niſtrata, tum in aſcite, tum leucophlegmatia, in utraque enim diu
apertis vulnuſculis adſeruatis, humor omnis uacuatur, atque ex
ea vacuatione humoris non minus ſublata cauſa, a qua hydrops
originem dixit, aliquot ſanatos vidi, nullum vero ſecto ventre,
quamquam ibi audierim à multis, per eam ſectionem aliquot ſa-
natos fuiſſe. Plerique vero tutiorem eſſe ſcarificationem malleoli
affirmant, atque ſub talo, in parte enim interiore duas ſcarifica-
tiones alte infligunt, atque vnam in exteriore, per quas quale-
cumque tumidiſſimum corpus commode exſiccari, certum eſt, nō
ſemelque ego inſpexi. Hac uero ſectione pleroſque ſanari arbi-
tror, ſi in principio, vel non longe ab eo ſecentur. Quo tempore

vires

vires validæ existunt, cõmodeq; talem aquæ vacuationẽ ęgroti fe-
,, rũt. Quod rectè Hippocratẽ in 6. epidem. nos commonuisse Palla
,, dius in eius Commentario prodidit: siquidem Hippoc. ait: Aqua
,, suffosos celeriter secare oportet; tabescentes statim vrere. Nostri
,, uerò sectione vti solent, iam destitutis ęgrotis omni spe salutis, quo
tempore vires tale remedium non patiuntur. Vnum ex illorum obseruationem addo, quippe multos insigni uentris tumore eo modo omnino curatos, vlceribus tamen ac pedibus ipsis in cancrenam versis obijsse, quod non aliunde illis accidisse arbitror, quàm, quòd vlcera illa atque partes item proximæ ex larga aquę fluxione diu eas partes lędente, atque refrigerante, calore multum diminuto, facile in Cancrcham labuntur. eaq; causa doctissime Hippocratem vel auctorem lib. de locis in homine, post sectionem, a-
,, quæq; eductionem, hęc etiam addidisse existimo, & semper locum
,, apertum vnde eduxeris, calfactorio medicamento illines. Quo calido medicamento non alia ratione vlcera fouenda esse statuit, nisi vt calor naturalis conseruetur, neq; a fluxione frigida ullo pacto extinguatur. Quod Aegiptij non animaduertentes, sæpe infelicis successus causæ existunt, eorumq; auxilio hydrope homines sanati, sæpe alterius morbi causa moriuntur. sed iam tempus est, vt ad supparatorum curationem, quam itidem sectione non raro administrant, sermonem conuertamus, de hydrope satis superque locuti GVILAND. Rectè putas, quando, ut audio, homines suppuratos non minus secare, quam vrere ipsi soleant. Operatio sanè valde celebris, quę magno etiam periculo non vacat. ALPIN. Cum illi viderint pleuriticum, vel peripneumonicum, multum, vt par esset, non expuere, doloremq; cum febre perseuerare, atque cætera alia symptomata, pus fieri arbitrantur. neq; immeritò cum in ijs morbis si tussi non purgantur, contenti in pulmonibus humores suppurentur. Quod Hippoc. his verbis docuisse visus est,
,, Quicunq; morbo laterali laborantes, in quatuordecim diebus non
,, repurgantur, ij ad suppurationem vertuntur. Ex pondere in latere
,, percepto, & fluctuatione obseruata, mitioriq; dolore effecto, cũ difficili respiratione suppurationem certam intelligunt. Quam statim tollere sectione conãtur, neq; dant ad id perficiendum inducias, secant vero plerunq; latus sinistrum inter costas spurias, propè septum transuersum, pleriq; tamen inter secundam ac tertiam costam phlebotomo perforãt, atq; per intromissam in uulnere cannu-

lam

lam argenteam modicum puris educunt, eamq; quantitatem, quã suppurati vires commode patiuntur, omniq; pure educto, vulnus exsiccantibus sanant. Qui inter secundam & tertiam costam perforant, rectius ac tutius rem transigere putant, vt totum pus, quod ad septum transuersum grauitate residet, commode vacuetur. Cæterũ alij ipsorum septum transuersum lędi phlebotomo formidantes partem ab eo magis distantem, seligunt, quare ex ipsis omnes secãt inter tertiam & quartam costã. Atq; hic est vsus secandi empyos, vel suppuratos, quo Aegyptij multos sanatos fuisse prædicant. GVILAND. Vsus hic, ex sententia etiam priscorum medicorum, qui summe hunc modum empyos perforandi commendarunt, non est spernendus. Hippocrates enim in lib. 2. de morbo ipsum clarissimis verbis hunc in modum docuit: Hunc vbi decimusquintus ab eruptione dies adest, multa calida lotum in sella firma collocato, & alius quidem manus ipsius teneat: tu vero humerum concutito, vt audias in vtrum latus affectio strepitum edat. Optandum autem in sinistrum. Hunc ipsum igitur locum seces, minus enim lethalis est. Si vero crassitudine, ac copia strepitum non edat, quo ipsum cognoscere possis (nam hoc aliquando contingit) vtrum latus tumuerit, ac magis doluerit, hoc infimo secato retro tumorem magis, quàm ante ipsum, quo puris exitus facilem fluxionem habeat. Secato autem inter costas per nouaculam primum cutem, deinde scalpello acuto, quod panniculo sit obligatum, ita, vt summa ipsius pars ad vnguis magni digiti mensuram expedite restet, quã intromittas, postea emisso pure quantum visum fuerit, vulnus linamento ex lino crudo alligato, foras propendente filo, concludito & quotidie semel pus educito. postquã autẽ decimus affuerit dies omni pure emisso linamentum ex linteo indito. Apud multos ẽt alios grauissimos, medicos tale pręsidium ad suppuratos, quibus nulla spes salutis reliqua erat, laudatum atq; celebratum reperias. Veruntamen empyos tutius magis vstione curari posse Gal. tradidit, hisq; proprie vstionem conuenire, veluti hydropicis sectionẽ. Rarò etenim in curandis suppuratis sectionis meminit, sed magis vstionis Quod etiam ex traditis in comm. 6. aph. Hippoc. facile confirmatur, ibi enim scripsit: Vstione igitur indigent, qui plurimum habent pus, adeo, vt desperent per spuitiones posse expurgari. Nos vero ipsos & difficultas anhelitus vehementer infestas ex loci angustia, quæ etiam nos cogit, vt eos vranus, in comm. etiam

m aph. 77.

7. aphorism.

7. aphorism. veteres vrere suppuratos consueuisse, prodidit. Hippocratesq; in 6. epidem, dixit: tabescentes statim vrere oportere. Quare in ijs tutiorem esse vstionis, quam sectionis vsum putauerim, quanquam me non lateat apud Hippoc. præsertim, vtraq; auxilia pro illo affectu vsitata fuisse. ut ex 6. lib. aphorism. atq; ex 7. apparet, atq; adeo, in pluribus alijs locis. Arabibus quoq; multis hoc remedij genus cognitum sane fuit. ALPIN. Vbi puris multum non est, vstio accommodatior videtur, quæ reuera, vt illi affirmant eos tuto magis quàm sectio sanat. Sed puris immoderata copia thoracē obsidente, vstionem rectè sanare raro obseruatum est, quos si curare velint, sectione vti debent, qua totum pus vacuatur. Vtrumq; tamen remedium pro eodem affectu apud eos familiare est, sectioneq; ustio familiarior. Nam formidant & ipsorum multi sectionem, de qua satis locuti sumus, proinde ad alia orationem nostram traducamus.

De lapidis è vesica extractione absq; vlla incisione apud Aegyptios frequentata, & de dysenteriæ curatione empirica Cap. XIIII.

GVILANDINVS.

OPTAREM priusquam de alijs sermonem haberes, vt modū, quo audio, Aegyptios lapides è vesica absq; vlla incisione extrahere nunc mihi explicares. summę enim vtilitati huius actionis cognitionem nostratibus medicis fore existimo, auide igitur id, quonam modo se habeat, audire expecto. ALPIN. Certe hic modus extrahendi lapides è vesica valde vtilis est, eo quòd nulla incisione operetur. Extrahunt lapides è vesica colem in primis vento replentes, atq; cum eo os etiam vesica dilatantes, atq; laxantes, vt os vesicæ lapis facile meare possit, colisque dilatatum & ampliatum meatum, ex quo ipsos lapides vento subreptos foras extrahunt, ipso continuo toto violenter euocato. GVILAND. Haud probe intellexi quid dixeris, usq; adeo obscura oratione vsus es. Duo tamen mihi videris dixisse, quorum alterum est, illiusce regionis medicos, lapides è vesica extrahere volentes, in primis colis vesicaq; meatum vento laxare ac dilatare, per

quem

quem commode lapides exire possunt, atq; eosdem lapides vento eodem foras educi, an non hęc dixit? ALPIN. Planè eadem, sed quid te dubij cæpit. GVILAND. Quoniam vix credere possum os visicę, colisq; meatum tantum dilatari ac ampliari posse, vt magni lapides in vesica contenti, qui magnę nucis instar sæpe cernuntur, commode exire queant. ex quo dubia fit apud me ea lapidum eductio, quo nam pacto ita possit administrari, maxime cum tu etiam affirmaueris, eos vento subrepi, forasq; educi, quod mihi haud fieri posse videtur. ALPIN. Vtrumq; verum esse cognosces, neq; omnino à veritate id alienũ putaueris, os vesicę, colemq; eo modo dilatari posse, quando neruosa, ac pelliculosa substantia illi meatus cõstent. Admirandum magis existimare debemus, Vteri os in mulieribus neruosum durum, atq; ita angustum, tempore partus tantum ampliari ac augeri, vt fętus per ipsum exeat, atq; foras propellatur. Vnum hoc scio, me colis meatũ ita dilatatum inspexisse, vt per eum facile magna auellana transijsset. At vtilius erit, vt nunc modum ostendam, quo ad extrahendum lapidem ij vti soleãt. GVILAND. Hac eadem de causa apertis auribus tuum hunc sermonem expecto. ALPIN. Eo tempore, quo ego in Aegypto moram faciebam, Arabs quidam Haly vocatus ad extrahendos lapides sine incisione celeberrimus erat, quem ego sane cuidam duci Turcarũ Horam Bei vocato multos lapides extraxisse uidi. Quo in opere absoluendo ille ligneam cannulam accipiebat, longitudine octo digitorum, & latitudine digiti policis, Quam colis canali admouebat, fortiterq; insufflabat, atq; ne flatus ad interiora perueniret, altera manu extremum pudendi perstringebat, foramẽ deinde cannulę claudebat, vt virgam canalis intumesceret, & latior fieret, ac appareret. Quo facto minister digito in ano posito, lapidem paulatim ad canalem uirgę, atq; in eius extremum deducebat. Qui ubi pręputio lapidem appropinquasse sentiebat, cannulam à uirgę canali fortiter impetuq; amouebat, ut magna dexteritate lapis ad nuclei oliuę magnitudinem fuerit extractus, & ego interfui huic duci Turcarum, & postea duobus item Iudeis, quorum alter puer erat, cui octo lapillos extraxit, & alter adultus, cui extraxit lapidem ad magnę oliuę magnitudinem. Hicq; est extrahendi lapidem è uesica modus, quo utebatur ille medicus Arabs. Audiui tamen alios etiam ibi esse, qui alio etiam modo lapidem extrahebant, quem modum nunquã ab aliquo, quandiu Cayrum habitauerim, potui

cogno-

cognoscere. Cum vero GENVAE pro Illustris. ac Eccellentissi. Ioan. Andrea Auria Melphorum Principe, atque Philippi Hispaniarum Regis, maritimæ Classis præfecto medicinam facerem, atque hæc mea scripta reuiderem, Octauius Roueretus Medicus Doctissimus, mecũ multo amore coniunctus, quiq; post me in Aegypto pro natione Veneta, medicinam multa cum laude faciebat, extrahendi lapidem hunc modum à priori satis diuersum mihi litteris significauit, his verbis. Aliud etiam satis scitu dignum, tuæ Excel. narrare non omittam, estq; modus aliquis è vesica lapidẽ extrahendi sine incisione, hìc à quodam Arabe viro Christiano Saietico ad quendam Christianũ Cophtum vocatum, ab hinc nonnullos menses operatus. Atque is est huiusmodi. Hic habet quasdam cannulas vnam maiorem altera, in modum musici instrumenti Syringæ appellati, è substantia Cartilaginea, quæ facile dilatatur. Harumq; graciliorem in virgæ canalem intromittit, figitq; quousque ad vesicam peruenerit, moxq; ore insufflando ipsam inflat quantam plus potest, posteaq; hæc maiorem, vel crassiorem introducit, insufflandoq; inflat eodem modo, & post tertiam, vel etiam quartam omnium maximam. Et cum sic ijs virgam dilatauerit, vt putet viam canalis fuisse sufficienter dilatatam, per eamq; lapidem exire posse, Aegroto in primis commode collocato, digitoq; in anno posito, lapidem ad collum vesicæ vbi maioris cannulæ extremitas peruenit, deducit, in cannulam lapidem conducere conatur. Quo facto altero cannulæ meatu ore excepto conatur spiritum ad se trahendo, lapidem simul trahere, qui si nimis crassus sit, sæpe rumpitur, atque infrustra attrahitur, veluti contigit supradicto viro Cophto. Cui frustum, & reliquum lapidis admodum crassum, & durum, intus remansit, non eductũ. Hic modus scitu est facilis, atque ab alio fortassis medico exercitatiori, & acutiori multo plus facilitari poterit, ac in meliorem atque vtiliorem vsum reduci, quòd multorum ab eo malo hominum infortunatorum auxilio summæ efflagitandum ac expectandum esset. Hactenus Roueretus. Ex his igitur cogito te rectè audiuisse binos hos modos, quibus Aegyptij ad extrahendos lapides è vesica vtuntur. Addo aliam operationem, quam pro secreto in dysentericis cunficiunt, quæ res cum ratione, vt arbitror, demonstrari non possit, tibi, qui omnia ex suis causis spectare soles haud facile suadebitur, sed cum ego vna cum alijs sępe viderim ex illa operatione em-

pirica fluxus dysentericos interdum curatos fuisse, non sinam te hinc aures ad alia retrahere, priusquam hanc quoque audieris. Illi siquidem empirici hoc pacto fluxus dysentericos sanant, illosque præsertim, qui diuturniores facti sunt, minimeque alijs remedijs cesserunt. Quod vt efficiant primo hypochondria manibus molliter siccant, atque mox sesamino oleo, vel amygdalino dulci ea inungunt, digitoq; postea intra vmbilicũ posito, ipsum pluries circumuertũt. terq; mane ieiunis ea re repetita, aliquos dysentericos sanitati fuisse restitutos memini, hocq; genus remedij familiarissimũ apud multos existit, qui varijs alijs remedijs ad dysenteriam inutiliter tentatis, ad hoc veluti ad sacrum confugiunt. Pauci tamen existunt, qui rectè hanc moliri circumuolutionem vmbilici sciant. GVILAND. Secretum, teq; vnà ridendum censeo, qui ipsum non modo verum credideris, verum etiam alijs confirmes. Casu siquidem arbitror, (si aliquis tamen vnquam eo modo sit sanatus,) accidisse, vt inde aliquis à dysenteria sanatus fuerit, veluti accidit, vt Socrate ambulante tonaret, hocq; experimentum ex ijs est, quæ eum nullam in se rationem habeant, nullo pacto sunt credenda. Ni dixeris, eos defendendo, frictione hypochondriorum, atque inunctione iuuari hepar, vel aliquod aliud membrum sub ipso locatum, quod biliosum humorem tenuissimum atque acrem, acrimonia, vel salsidine intestina abradentem, vel exedentem, fluxum gigneret, ad intestinaq; ipsa demandaret, vel humorem illum tenuissimum ea frictione, & inunctione digestum resolui, vel eius fluxionem ad intestina, diuerti, vel vmbilici illa ptæstita digito circumuolutione motionevè, intestina mota in meliorem situm mutari, ex quo non sint fluxioni ita obnoxia. Sed de alijs loquamur. ALPIN. Melicerides, Stheatomata, atheromataq; vocatos tumores, atque etiam strumas optimè secant, radicem auellentes. Carnem etiam, quę palpebris adnascitur, maxima elegantia abigunt, palpebras in primis secando, & postea sectionem consuentes, & conglutinantes. Sed postquam de his à nobis satis dictum est, de dulcium balneorũ vsu, quo non secus quàm priscis sęculis, vtuntur, atque de frictionibus, & vomitibus, qui in balneis fiunt, dicendum est. GVILAND. De his quoque libentissime nunc te audiam, horumq; sermo mihi erit gratissimus, neque minorem nobis afferre posse vtilitatem arbitror, quòd hoc genus remedij apud nos minime nunc sit in vsu, atque etiam quia ipso pluribus morbis me-

deri

deri ab antiquis proditum sit.proinde ut de eo loquaris nunc à te vehementer peto.

De vsu dulcium apud Aegyptios balneorum. Cap. XVI.

ALPIN. GVILANDVS.

QVEMADMODVM populi frigidarum regionum multa habent,quibus ad calorem conciliandum familiarissime, vti solent,ita calidarum,ad refrigeranda corpora multis itidem vtuntur. Ex quibus Aegyptij inter multa ad id excogitata,qualia sunt fontes multi,domorum tubæ superius recitatæ,ad ipsarũ refrigerationẽ inuentæ,terrenæq; habitationes,balnea quoque ex dulci aqua parata,in vsu habent frequentissimo, tum ad refrigeranda corpora, tum ad varium illorum ornatum. GVILAND. Arte illa ibi parari existimo, quando Aegyptus (vt audio) sponte natis balneis nunc planè careat. Proinde si ita est, ea mihi sedulo narrato. Atque an ex aqua simplici, qualia priscis antiquis medicis in vsu fuerant,an potius medicata illa parentur. ALPIN. Arte sanè ab illis parantur, ex dulciq; aqua Nili fluminis clarefacta,eaq; simplici,minimeq; medicamentis alterata. Sed in primis balneorum loca tibi in memoriam reuocanda censeo,si quidem te olim Cayri,ac Alexandriæ,cum tu ea loca inuisisses,multas, fereq; inumeras ædes magnifice pro balneorum vsu constructas, inspexisse intellexerim. Dicam præterea quot, ac qualibus cameris siue cellis ea constent,atque aerem in singulis quomodo illi calefaciãt, qualisque calor eo in aere sentiatur. GVILAND. Domus ea balneorum, si rectè memini,multis cellis inter se distinctis constructæ erant,in quibus homines sudabant,fricabantur, atque lauabantur. Permagnaq; in ipsarum medio tanquam in domus centro cella extabat,in qua homines lauandi nudabatur, vestesq; omnes reponebant. quam spoliarium vel Apodyterium nostri appellant. Aliq; vero cellæ omnes ea causa constructæ erant, vt in ijs lauarentur:spoliarijq; aer temperate calidus est, atq; humidus, ipseq; aliarum cellarum calidior ita, vt variæ cameræ varium aerem quo ad calorem haberent. ALPIN. Rectè meministi,innumeras perm a-

gnas ædes ibi pro balneis paratas spectari, multis varijsq; cameris inter se distinctis, præditas, eodemq; modo vt tu dixisti, constructas atque ordinatas, vt in qualibet camera idoneus, quoad caliditatē, aer esset pro variorum corporum vsu vario paratus. Namque varia hypocausta, siue cameræ varium, quoad caliditatem, aerem habent, vt varijs corporum temperamentis auxilio sint. Nam factæ sunt pauimentis marmoreis, emblemate constructis; duoq; labra marmorea quilibet illorum locorum obtinet, in quà aqua ex alto decidit. Tectum siue culmen illa habent orbiculari forma, ex vitreis laminibus perbelle laboratum, vndiq; conclusum, ne aer aliqua ingrediatur. Hypocausta illa calfaciunt calentis aquæ vapore in singularum labra elabentis. Non enim, vt nostri igne illorum balneorum aerem calfaciunt, sed humidis calidisque aquæ calidæ vaporibus loca illa complentibus. GVILAN. Cum varia corpora varijs indigeāt balneis, quippè ipsorum alia multum calidis, & alia moderatè, aliaque tepidis, atque demum alia etiam frigidis, qualia hecticorum esse Gal. in lib. 7. meth. med. scriptum reliquit, quæso an non illa omnes has partes obtinēt, quippè vt corpora varijs illis modis alterare queant? ALPIN. Balnea illa calida, tepida, frigidaq; quolibet tempore, quando quis velit ibi reperiet. Sed plerumq; ea balnea sunt temperatè calida, quandoquidem precipuus vsus sit, apud plerosq; ad refrigeranda, humectanda, euacuanda atque mundanda corpora. GVILAND. Recta sanè ratione calidarum regionum incolas tepida balnea ex dulci aqua parata cupere dicendum est, quando ob aeris ambientis insignem caliditatem corpora inflāmentur, arescantq;, quæ vtique dulci aqua irrigata, ac humectata refrigerantur, & humectantur, cutisq; eorundem corporum meatus relaxantur, densatique aperiuntur, exindeq; naturalis calor per eos diffletur, refrigeriumq; capit. Sed his obiter dictis, cupio ex te audire omnes illorum balneorum vsus apud eos populos frequentatos. ALPIN. Balneis illis ea gens vtitur ad corporis ornatum, atque ad multos morbos ex plenitudine humorum prohibendos, demumq; ad multos variosq; obortos etiam morbos abigendos. Hos vero omnes vsus tibi ordine libenter narrabo, ab eorumdem vsu ornatus gratia comparato, exordiens. GVILAND. Atque ego libentissimè hac de re te dicentem audiam.

De

De vsu balneorum dulcium pro ornatu corporum, atque quid mulieres, ad pinguefacienda corpora in ipsis moliantur. Cap. XV.

ALPINVS.

APVLVERIBVS, quæ Aegyptijs ferè toto anno, ventorum, terræq; siccitatis occasione perpetuo familiares existunt, atque ab assiduis sudoribus, quibus cœli calore omnia corpora continuè abundant, illuuiæq; quadam immunda redduntur, atque fœtentia, ex quo pleraque ipsorum, & fœtere & pediculis abundare solent, Balneis omnes hi populi vtuntur familiarissime, pro corporum absterſione, maximeque mulieres, quibus curæ magis est corpora ipsarum, pulchriora facere ipsorum illuuiem, & fœtorem corrigentes, vt cariores sint suis viris. Eæ etenim sæpissimè corpora in ijs lauant, & mundant ab illuuie, perlotaq; varijs ornãt odoribus, vt rectè vnguentis oleant. Ac veluti Italæ mulieres, atque aliarum multarũ etiam nationum ad capillorum, faciei que cultum omne adhibent studium, ita Aegyptiæ capillorum cultum negligunt, ex consuetudine omnes capillos in bursam seriro panno paratã cõcludentes, ac ad pudendorum, abditarumq; corporis partium ornatum omnem diligentiã adhibent. Pudendis igitur tota cura in balneis ab ijs adhibetur. Ea siquidem in primis lauant, pilisque nudant, locaque pudendorum perpetuo glabra gestant, turpeque ibi est mulierem pilis obsitam vuluam habere. Demum lotas eas partes, glabrasque effectas varijs vnguẽtis etiam exornant, Musco, scilicet, Ambra, Aloe, Zebet, sumptum ferre potentes, aliæque alijs vnguentis rectè olentibus, quæ ibi uiliori pretio ubique uenduntur. Copia unguentorum ferè incredibilis in vuluæ ornatu, eiusque corrigendo fœtore, ac ad coeuntibus uoluptatem conciliandam, ibi cõtinuè dissipatur. GVILAND. Quæque regio suos mores habet, ibique omnes nimis libere Venere utuntur. Sed quid? nonne aliud in balneis ijs præter ornatũ moliuntur? ALPIN. Multæ etiam pin-

guedinem in ijs procurant. gracilesque præsertim, ita ibi carnis vitium hominum medullas inuasit, quando mulieres, quo carnosiores, & pinguiores sint, eo libentius à viris expeti putent. Ex quo ibi plurimas pinguissimas reperies. quid turpius corporum obæsitate ob scelestissimum carnis vitium, effrenemq; libidinē desiderari potest? Quod vitium ita ibi frequentatur, vt illarum plurimę perinde ac sues cernantur pinguissimæ humi recumbentes maximeq; Hebreæ, quibus istud vitij alijs familiarius obseruatur. Quod vt obtineant, multis diebus dulcibus, tepidis balneis indulgent, in ijsq; diu morantes, comedunt, potant, clysteribusq. ibi ex varijs pinguedinibus ac adipibus paratis vtūtur, multaque etiam medicamenta per os assumunt. GVILAND. Rectè sanè videntur pro pinguefaciendis corporibus, vsum illorum balneorum, à cibo, asseruare. Quod Gal. in lib. 14. meth. med. his verbis docuit. Cæterum quibus totum corpus extenuatum, ijs lauari quoque post cibum est idonem. Quod sanè etiam nobis ratio persuadet, quando dulci illo balneo à cibo adhibito, ad cutim plurimum alimenti trahatur, atque deducatur, vt Hippoc & Gal. in lib. de Salub. dieta prodidere. ALPIN. Verum istud esse sæpe experientia didici, plures etenim mulieres illorum balneorum multis diebus à cibo vsu frequentato, pingues euasisse vidi. Atque in hæc balnea præcipuam ego causam confero, qua illiusce calidioris cœli corpora pleraque habitum pinguem obtineunt. Cum tamen cœli ratione gracilia potius, quàm pinguia esse debuissent. Hincque Gal. in lib. septimo, de Comp. med. secundum loc. dixisse, dulcium balneorum vsu corpora reddi effæminata. At dubium est, quomodo gracilia corpora eorum vsu balneorum possint pinguefieri, cum potius contrarium arbitrari quispiam meritò posset, quippè ab illis balneis plurimis largioribusque vacuatis sudoribus potius corpora vacuata gracilescere, quàm crassescere deberent Pinguia enim à plurima aliqua vacuatione contabescere, certum est. GVILAND. Balnea, quibus mulieres eæ pro impinguefaciendis corporibus, vtuntur, tepida existunt. quando calida in triplici sint caloris differentia, etenim illorum quædam multum, & quædam parum calida sunt, hæc tepida, atque illa calida medici appellant. Tertio sunt alia medio modo se habentia, quę scilicet temperate calida existunt. Quorum omnium balneorum Gal. in lib. 3. de sani. tuen. facultates ac vires his profectò verbis prodidit:

cap. 14.

,,
,,

tex. cō. 14.

cap. 4.

,, Dulciium calfactarum aquarum si media temperie sint, uis calida,
,, & humida est: Sin tepidiores sint, humida & frigida, quòd si iusto
,, calidiores fiant, calida quidem, sed non perinde humida. Ex quibus dixerim, eos, qui pinguefieri uolunt, balneo dulci tepido uti oportere, quali ex te audio mulieres illas uti. Cætera enim sua caliditate uim habente resolutoriam, uel uacuatoriam, potius ad gracilitatem, quàm crassitiem comparandam corporibus conducunt. ALPIN. An non precipua causa est, quam naturales proximam appellant, & materialem, ex qua corpora crassefiunt ac pinguefiunt, copia multa humiditatis? GVILAND. Facilè cognoscitur, cum mulieres uiris sine dubio humidiores, etiam ipsis corpora pinguiora obtineant, & crapulis, ocioq; indulgentes alijs sint pinguiores. Qui enim multum comedunt, atque potant, quòd multum pinguedinis alimentum assidue suppetat, cæteris pinguiores meritò fiunt. Sed qualis sit hæc humiditas, ex qua corpora pinguescunt, atque quomodo ipsa in corpore concrescat, Gal. in
,, 2. lib. de temp. hisce verbis prodidit, dicens: Quicquid in sangui-
,, ne pingue, leue & tenue est, id in calidioribus corporibus alimen-
,, tum quodam calido fit, in frigidioribus seruatur, cumq; id venæ
,, extra se transmiserint, ubi in frigidas particulas incidit, quod ge-
,, nus membranæ sunt, circum eas concrescit, in partibus vero natu-
,, ra calidioribus, cuiusmodi carnosæ sunt, à calore ipso absumitur,
,, ac digeritur, nisi sicubi frigiditati temperamenti etiam vita indul-
,, gentior accedens ipsis carnosis particulis aliquid adipis allinat.
Causas, quibus corpora pinguia fiunt, probè Gal. attulisse, censeo, etenim ad gignendam pinguedinem, ac adipem, concurrere debent alimentum pingne, leue, & tenue, atque calor remissus, vel frigiditas partium, in quibus adeps ac pinguedo concrescunt. Hęc inquam duo, alimentum, atque partium frigiditas, ad impinguescenda corpora sunt necessaria. Citra pingue alimentum nulla pinguedo fieri potest, ideo ipsum ad id efficiendum necessario, vt materia concurrit. A diminuto uero calore, quod frigus vocare possumus, id alimentum in adipem ac pinguedinem concrescere docent corpora frigidiora, quę facilius calidis impinguescere solent. Ex quo Gal. dixit, corpora latioribus maioribusq; venis præditis difficilius pinguefieri, quòd ea valde calida sint, frigida siquidem paruis venis gaudent, atque ab eo calore, pinguedinis, adipisq; alimentum absumitur. Et paruarum, angustarumq; venarum cor-

pora ob oppositum temperamẽtum, quippè frigidum, impinguescere quàm facillime, quoniam in his multum eiusce adest alimenti (quando parum ex eo consumatur,) quod ob frigus non dissoluitur, faciliusq; concrescit. ALPIN. Cui mirum, mulierum Aegyptiarum corpora alimento crasso ac pingui referta, balneorum tepidorum vsu refrigerata, in balneis ad cutim deducto, & coagulato alimento, carnem ac adipem acquirere? GVILAND. Quæso omnia, quæ illæ in balneis, vt pinguefiant, moliuntur, mihi nunc paucis narrare non te pigeat. Ea siquidem etiam audississe summæ iucundum erit.

Quæ Aegyptiæ mulieres in balneis factitent, vt ipsarum corpora pinguescant. Cap. XVI.

ALPINVS.

MVLIERES Aegyptiæ multa factitant in balneis, vt pingues euadant, quæ omnia vtramque nuper dictam pinguedinis causam respiciunt, eamq; præsertim, quæ pinguedinis alimentum suppetit: Multa siquidem agunt, è quibus multum humorem pinguem generent, ex quo multa fiat pinguedo, balneiq; calida vi ad cutim deducere ipsum student, in qua tepido balneo refrigerata concrescat. Potant itaque ob eam causam iura multa varijs ex adipibus, & pinguedinibus parata. Bammia melochia, & Culcassia alterata, nam his viscosiora redduntur, ex quo facilè partibus adhærent. In vsu familiarissimo apud multas est ius gallinarum pinguium Maluph ab ijs appellatarum, vel nigrarum arte pinguefactarum. Ipsum etenim totum ex vnica gallina confectum vnaquæque mulier potat, totamque gallinam in balneo comedit. Multæ ex pauperculis fæcem olei sesamini, quam thaine vocant, vel oleum ex indicis nucibus expressum, vel chinæ radicis decoctum, carne nuper dictarum gallinarum simul cum Indicæ nuce percoctã epotant, vel oleum sesaminum, in quo sit dissoluta nux Indica, uel expressum ex pisis, fructibusque therebinti, & amygdalis dulcibus, nucibus auellanis, & pistachijs. Comedunt etiam adhuc multa, gallinas quippè arte pingues factas, nucemque Indicam in iure dissolutam, ac in massam redactam.

Sed

Sed ex omnibus pro secreto habent singulo die, dum eunt dormitum, ad decem vulgares bulbos, pro hermodactilis à nostris pharmacopeis receptos, quos aliqui potius Colchicum esse autumant, contostos mandere, eosque pluribus diebus, quindecim scilicet & uiginti ad usque, frequentant. Ex quorum vsu, quod nostris mirum uidebitur, nihil uel per aluum, uel uomitum euacuantur, minusque aliqua molestia mulieres uexantur. GVILAND. Hinc nostros falsis uti hermodactilis cognoscitur, dubiumque etiam fit, eos esse Dioschoridis Colchicum, cum per os sumpti nullam noxiam inferunt, minimeque strangulent. Nisi loci diuersitate illis collecti aliam à nostris facultatem obtineant, minimeque uenenosam. Sed hæc omittamus, atque tu reliqua dicito. ALPIN. Nulla alia sunt à te hac de re audienda, quàm quę à doctissima medica Aegyptia, publice per urbem Cayri mulieres olim artem pinguefaciendi profitente, audiui. Ex quibus omnibus aliqua fortassè ex artis medicę principijs ad hoc negotium desumpta cognosces. GVILAND. Gratum erit hæc ex te etiam audire. ALPIN. Aliquę in balneo hoc oleum epotant. Accipiunt sarcocollæ, olei sesamini an. libram mediam, Mirabolanorum chebul. xiij. Citrinorum xij. omniaque probè contusa cum oleo miscent, sinuntque sic permanere, quousque in ea massa niger color cernitur, moxque colant, & reliqua siccari sinunt, oleum hoc totum in balneo unica uice calidum bibunt, reliquaque in puluerem tenuissimum redacta cum uino dum eunt dormitum, assumenda pluribus diebus exhibent. Aliud, quod eodem modo factitant. Accipiunt pisa, amygdalarum dulcium, pulpæ nucũ auellanarum, pistachiorum an. dra. 6. fructuum terebinthi, pulpę nucis Indicę an. dra. 3. omnia simul contundunt, ab ipsisque oleum exprimunt. Quod quatuor uicibus in balneo bibunt, & quæ remanent ab expressione, quatuor ijsdem diebus euntes dormitum deuorant. Aliud. Accipiũt gallinam nigram probè pinguem ac carnosam, in cuius ventrem mijciunt auellanarum contusarum, amygdal. dulc. pistachiorum pineollorum, pisorum an. dra. 3. quam hoc pacto paratam in aqua concoquunt ipsamque percoctam unica die in balneo mulier una totam comedit, eiusque ius, in quo etiam sarcocolla ebulliuit, absorbet, pluribusque diebus hoc mulier pinguefiendi factitat. Eodem ferè modo aliam concoctam gallinam eandem comedunt, & eius ius bibunt. Sed prius tritici mundi in aqua cum driasmagnbuntia

buntia una decocti libram unam comedenda, exhibent, Quod cum ipsa comederit, ab ipsis decapitatur, & coquitur, totaq; in balneo comeditur, & ius totũ bibitur. Idem factitant aliq, sed alio modo gallinam coquendam præparant, nam pisa, & triticũ ad libram semis in aqua decoctum gallinę comedendum exhibent, quod vbi totum comederit, decapitatam decoquunt, solamque comedunt, eiusq; ius bibunt in illa die quinquiesq; hoc illæ factitare solent. Aliæ ijs non contentæ, addunt vsum variorum clysteriorum, quibus in balneo non bis vnica die, sed ter quaterque utuntur. quos aliæ sola pinguedine vrsi præparant, aliæ hoc clystere vti solent. Accipientes pinguedinis vrsi dra. 3. olei siris, Idest sesamini dra. 3. furfurum triticearũ man. ij. quas furfures in aquæ calidæ per aliquod temporis infundunt, à quibus mucilago exprimitur, quæ adipi oleoque permista clysterem faciunt. Ex his, quibus extra balneum vtuntur, hæc à multis factitari solent. Siquidem ante prandium exhibent quasdam pilullas ita paratas. Accipe mirobal. Indorum puluerizatorum dra. 1. iuiubarum ab ossibus mundatarum, dra. 3. ex quibus vna commistis fiunt pilullæ. Aliæ consuescunt singulis diebus per plures dies, vbi eunt dormitum, deuorare quinque mirabolanos indos, ad vsque etiam septem. Vel aliæ eorundem prius intra pulpam vnius batech, per noctem vntiam singulis diebus ante prandium deuorant. Aliæ etiam dum eunt dormitum singula die sumunt mirabol. citrinorum puluerizatorum, vntiam, mistam cum fęce olei sesamini atque saccharo candido. Alię sumunt gummi draganthi vntiam semis, quod infundũt in modico aquę per horas duodecim, cui admiscent sacch. candidi tantundem, atque vbi dormitum eunt, deuorant, pluribusque diebus factitant. Aliquæ armoniaco vtuntur pluribus diebus, eius drag. semis assumentes. Demum aliquæ in balneo nouem diebus sumunt fellis vaccini chirat in aqua calaf dissoluti. Nonnullæ ex nobilibus vtuntur in balneo decocto radicis chinæ, nucæ Indicę, atque colcasiæ radice alterato, viginti diebus, & plus, ex quo auxilij genere plures vidi emaciatas mulieres pingues euasisse, præsertimque parato in pingui gallinarum iure. Pauperculæ multis diebus simplicem aquam, in qua per noctem infusa fuerit seminum fęnu Gręci, atque zizib Cretici semuncia, cum eunt dormitum potant, prius fęnu Græcum, & zizib comedentes. Hęc ex Aegyptia medica illa muliere, quæ pinguefaciendi artem publicè per vr-

bem

bem profitebatur olim audieram.

De dulciium balneorum pro ſanitate corporum apud Aegyptios vſu. Cap. XVII.

GVILANDINVS.

HABEO tibi gratiam, qui ad pinguefacienda mulierum corpora ſecreta mihi etiam communicare volueris, quæ neque prorſus nobis fore inutilia ſpero, nam multa materiam, ex qua pinguedo fit, reſpiciunt, & dulcium balneorum tepidorum vſus, adiuuat attractionem illiuſce alimenti pinguis ad cutim, in qua refrigerata facilè toto illo pingui alimento concreſcente, pinguedo fit. At tempus eſt, vt tu eorundem balneorum vſum nõ ad corporum ornatum, ſed magis ad ſanitatem apud eos gentes vtilem etiam narres. Scio etenim illos populos plurimum illorum balneorum habere vſum, tum ad ipſorum tuendam, tum ad vitiatam corrigendam, atque denuo reſtituendam ſanitatem, proinde de vſu illo te in primis loqui, quos ſe à morbis præſeruant, deſidero. ALPIN. Vſus illorum balneorum maximus ibi ſeruatur ad eos, qui ex itinere inflammantur, ipſorumq; cutis areſcit, ac conſtipantur meatus. his ſiquidem vtentes, refrigerantur, atque humectantur. Quando talis ſit illorum temperies, Galeno in tertio, de ſanit. tuend. docente, vt refrigerent ac humectent, corporaq; illorum difflantur, ijs etenim ita affectis mirum in modum ea balnea conducunt. Quod in multis ſæpiſſimè cernitur, qui ab itineribus calidorum locorum, arenoſorumque, in quibus nihil eſt, quo ab vrente Sole illi deffendantur, inflammati atque exuſti illis tepidis balneis utuntur. At non ſolum ab externa cauſa inflammatis exuſtisq; corporibus uſus illorum balneorum magnopere conducit, ſed omnibus quoque ex iecore immodicè calido ita affectis. Qua de cauſa ſæpiſſimè corpora immodicè calida, ac exuſta ea ingrediuntur, atque ipſis lauantur. Omnes etiam, qui ex quacunque cauſa in meatuum cutis obſtructionem inciderunt libere ijs utuntur, calidis, qui ex frigiditate, tepidis, qui ex uſtione, & ſiccitate id paſsi ſunt. Multi uero ijs balneis utuntur uacuationis gratia, quando ipſorum corpora plurimo ſanguine redundant. ita

vt ab

ut ab ea plenitudine morbus aliquis oriri possit. Trifariam itaq; illi plenitudini ipsorum corporum prouidere balneorum vsu assolent, si quidem alij in ijs sudando, alij vomendo, alijq; perfrictionibus ad vniuersas corporis partes adhibitis plenitudinem tollere conantur, & alij etiam omnibus ijs tribus modis vacuantur. Horum plerique semel in mense ijs vacuationibus vtuntur, alijq; non pauci bis saltem. Sunt qui singula hebdomada id facere studeant.

GVILAN. Quam tutò illi has omnes vacuationes in balneo exercere queant, non intelligo. quanquam rectè nouerim, quam vtilis sit vomitio multis facilè vomentibus, maximeq; biliosis atque per æstatem, quando hac vacuatione stomachus ab excrementis multis mundet. Multos etenim noui à podagra, renumq; calculis vexatos, vomituum crebro vsu magnopere iuuatos, eodemq; modo, & exudatione atque frictione vario tempore vsitatis idem multis contigisse. Sed quam inquam tutò eodem tempore simul halitus resolutionem, exudationemq;, atque vomitum quispiam possit perferre, non rectè intelligo. Etenim naturam à multiplici illa vacuatione haud leuem iacturam subire, stomachiqúe præsertim calorem natiuum, eiusq; omnes functiones in deterius abire posse dubitarim. Stomachi naturalis calor in ambiente calidiore multum exolui ex Hippoc. colligitur, qui dixit in aphorismis: Hyeme ventres esse calidissimos, & æstate frigidissimos. Neque immeritò, cum multus ambientis calor naturalem calorem dissipet ac resoluat. Corporaq; in summè calido cœlo degentia continuis vacuationibus subijciuntur, ex quo mirum haud est, si multis, atque magnis non egeant vacuationibus, vel potius eas non rectè perferant. Hincq; doctissimus senex Hippocrat. sub canem, & ante canem fugiendas à medicis vacuationes insignes prodidit, hac eademq; ratione, quòd puerorum corpora præ multo calore habeant vnde vacuentur, magnis uacuationibus inepta esse Gal. pluribus in locis statuit. Cui igitur dubium erit, stomachum in balneo ab illis multis vacuationibus lædi oportere, atque exinde admodum imbecillum ad concoquendum euadere, eiusque calorem tum à calore balnei ipsum foras euocante, tum ab halitus resolutione, exudatione, vomitione, admodũ pati? ex qua illiusce membri labefactatione quamplurimos Aegyptiorum ijs vacuationibus sæpe indulgentibus, ad concoquendum ventriculum ineptum habuisse, atque crebrius, familiariusq; eiusce membri cruditatibus

tatibus acidis vexari minimè miror, & si non hanc solam causam illiusce membri susceptæ imbecillitatis esse certo sciam, siquidem à venere immoderata, ciborumq; refrigerantium atque aquæ crudæ in potu vsu, etiam stomachum multis lędi ex te ipso audierim. ALPIN. Vomere nihilominus in balneo humido homines facilius posse, cum id stomachum relaxet, ad motumq; accommodatiorem reddat, nemo sanè contendet. Hacq; vomitione homines à multis morbis defendi, vel prędcaueri posse itidem sępius à multis comprobatum est. Illo vero crebrius frequentato homines ventriculo imbecillitatem aliquam comparare verisimum est, quando huiuscemodi membrum ex validioribus crebrioribusque his motionibus, fieri non potest, ne modo aliquo laxetur debiliteturq;. Posse vero aliquando eodem tempore simul hominē in balneo multiplices illas innoxie ferre vacuationes, experientiæ repugnare non videtur. Quando, & naturam id sæpe in multis ægrotis fecisse obseruatum sit, ex quo non videtur omnino à ratione alienum, medicum, qui omnimode naturam semper immitari debet, quiq; hinc eius imitator à Galeno in aphorismorum Hippoc. Comm. vocatus est, itidem in homine aliquando multiplici simul eodem tempore vti posse vacuatione. GVILAND. Verum dicis, nam & Hippoc. in multis ægrotis id planè se obseruasse in libris epidemicis memoriæ prodidit. Etenim in primo lib. de Metone, scripsit, ipsum quarta die sanguine è naribus atque sudore decretorie vacuatum fuisse. Et mulierem trimestri fętu ægrotam decumbentem in Dealcis horto, exudatione, aluiq; pituitosa excretione. Virginesq; Abderæ, & Larissæ sanguinis sudorisq; eruptione. Si itaq; ægroti possunt innoxie multas aliquando ferre eodem tempore vacuationes, cur non multo tutius rectè valentes, prę cauendi à morbis causa? Quinimo hoc necessariū videtur pro molienda alicuius corporis vniuersali vacuatione, medicis esse, quando varij purgandi humores varios vacuationis modos exposcant, tenues etenim ichorosi humores per vrinam, insensibilem transpirationē, exudationemq; facilius, prędsertimq; in vniuerso venarum ambitu contenti, vacuabuntur, quemadmodum pituitosi ac melancholici per aluum, & per vomitum biliosi. ALPIN. Dico itaque non ita malè Aegyptios aliquos aliquando pro tollenda vniuersali plethora simul vti vomitione, sudatione, atque frictione. Non omnes vero ijs omnibus simul vtuntur, aliquibus sola vomitione

com.3.

cō.3.tex.3

ac exu-

ac exudatione contentis,& aliquibus ſola exudatione, & frictione totius corporis. Plerique vero, quibus non eſt difficilè vomere priuſquam ſudent,& fricentur, copioſa excitata vomitione,in primis ſtomachum à cruditatibus multis, atque etiam alijs humoribus vexatum exonerant. Vt vero quiſque vomat, ad decem vſq; libras aquæ,in qua glycirizæ radix, ſeminaq; ſęniculi ſint percocta, epotat, cum qua euomunt multa, & quam facilè. Sed illi tamen ea multum iuuantur,quique, & facilè vomunt,atque ſtomachum multis excrementis repletum habent. Difficulter vero vomentibus, quibuſque ſtomachus minimè copia excrementorum redundat,neque tutus eſt,neque vtilis, ſiquidem qui difficulter vomunt,non mediocre periculum ſubeunt, ne vena aliqua pectoris rumpatur, & viſus oblædatur, non minusq; fauces, columella,& gula inflammentur. Qui etiam duro ſtomacho conſtant, minimeq; excrementis multis redundante, vomitus ipſum laxiorem facit, labefactat, aptumq; facit ad recipiendam excrementorum quancunque redundantiam. Neminem ſiquidem latet,partes imbecilliores factas facilius ſibipſis mandata excrementa à robuſtioribus partibus ſuſcipere, neque fluxionibus obſiſtere poſſunt. Quamobrem ijs neque tutum, neque vtilem eſſe vomitum puto. Gviland. Omnia veris medicinę principijs planè reſpondere videntur,at de exudatione, & frictione, qua ipſi ita familiariter in balneis ijs vacuationis,atque partium roborationis cauſa vtuntur, velim aliquantulum agas. Alpin. De exudatione haud multa ſunt dicenda,cum nullis ij medicamentis ſudores prouocare ſoleant,ſed ſolo calido balnei aere. Quo quiſque vtens,large,& facilè ſudat.De frictionum autem vſu prolixior ſermo futurus eſt,tum quoniam illi in ijs peragendis magno ſtudio vtuntur, tum quòd ſunt omnibus admodum familiares, proinde de ijs nunc prolixius loquar, quando de exudatione apud eos frequentata illud tãtum dixiſſe ſat erit,quod illi poſtquam vomuerint,exudant:tempus autem exudationis, apud varios varie obſeruatur, etenim aliqui horæ ſpacio,& alij binis atque ternis etiam horis ſudare ſolẽt, nunc vero de frictionibus ſermonem facere incipio. Gviland. Rectè facies.

De

De frictionibus, quibus Aegyptij in balneis vtuntur. Cap. XVIII.

ALPINVS.

VSvs frictionum in balneis apud Aegyptios ita est familiaris, vt nemo ex balneo non fricatus abeat. Eas vero exercentes, hominem in primis per horam ferè in calido balneo commoratum, qui vomuerit, vel saltem exudauerit, in solio sedere iubent, ac sedentis omnes partes corporis manibus varijs modis pertractant, atque exercent. In primisq; à pedibus incipientes, eos antrorsum, retrorsum, sinistrorsumq; mouēt, & mox crura, & coxendices vndequaque ter quaterque: postea ad manus exercercendas pertranseunt, quas itidem eodem modo mouentes, ac manibus flectentes exercent, sigillatim vero singulos manuum digitos, & mox cubitos, atque ab his humeros, & scapulas, ab hisq; collum primo, caput secundo, tertioq; pectus atque dorsum, ut vndequaque flectatur student. Qua singularum partium motione finita, quam singulis ter, & quater fieri contendunt, hominem supinum humi decumbere, atque hic distendi supra pauimentū, (quod omnes cameræ habent ex lapillis marmoreis perbelle paratum,) iubent, corpusq; vniuersum molliter fricare deorsum versus à pedibus incipiunt, in primis anteriorem vniuersi corporis faciē, molliter per singulas partes perfricantes. In hac vero uniuersali frictione tribus frictionum generibus utuntur. Prima etenim, quam moliuntur est mollis, & mediocris. Secunda mediocris ac multa. Tertia est dura, & mediocris. In perfricanda uero tota anteriori corporis facie, à pedibus, ut dictū est, exordiuntur, ipsorumq; omnes musculos per rectum, siue per ipsorum longitudinem, manibus superne deorsum dimotis, ab articulo ad articulum pertractant, quod illi tanta concinnitate, & peritia perficiunt, ut non fricatum nullum articulum relinquant. In primis itaque anterioris faciei pedum omnes musculos mediocriter, ac molliter volis manuum fricant, simulq; etiam omnes articulos, & postea musculos, malleolorum, tibiarum, poplitum, ac coxendicum, molliter, ac mediocriter fricant, & mox manuum, cubitorum, humerorum, & scapularum, & post hos vultus, colli, pectoris, uentrisq; interioris

idem

idem per omnes musculos præstant. Finita hac in postica corporis parte frictione, corpus in oppositum, uel contrarium mutant, vt posterior pars rectè fricetur, quam non secus, quàm anteriorem perfricant. Atque hæc prima est frictionum differentia, quam primo in toto corpore exercent, quæ vt dictum est, est mollis, & mediocris, quum volis manuum plerique operentur, & nonnullis inunctis oleo sesamino. Post hanc, paulo post secundam factitãt, quæ inter mollem, & duram media, atque multa existit, nam fit in nuperdictis omnibus corpis partibus prolixius, & durius, quam panno lineo crudo omnes exercere solent. Tertia, quæ postremo fit, aspera, præduraque est, atque mediocris, hancq; panno aspero ex caprina lana parato præstant. His tribus frictionum differentijs absolutis, corpus vniuersum à planta pedis vsque ad verticem capitis communi sapone illi emplastrant, & deinde calido dulci balneo cutim lauant, atque ab ea immunditias abstergunt. A lotioneq; pudenda pilis nudant emplastro casum illorum subitaneum præstante. Demum pedes per horam emplastrant massa quadam ex puluere archenda, & aqua communi parata. Puluis hic fit ex folijs ligustri Aegyptij, Alcanna, & elhanne ab ijs vocati. Hæc pasta mirę humidis, & fętentibus pedibus iuuat, nam valenter siccat, adstringit, ac roborat, ita vt multò adiumento sit ijs, qui pedes imbecillos habent. Colore etiam aureo eos exornat. Populares etenim mulieres consuetudine sibi manuum, pedumq; vngues eo colore tingunt. GVILAND. Vsus harum frictionum in illis balneis optimis medicinæ conseruatricis principijs rectè respondere cognoscitur, quando & Gal. in 2. lib. de sanitate tuenda dixerit: Frictio vim habet soluendi, ligandi, carnem augendi, minuendi. Nempe dura ligandi, mollis soluendi, multa minuendi, mediocris carnẽ augendi. Atq; vt audio pleraque Aegyptiorũ corpora, multo sanguine exuperant, quibus tum balnea, tum frictiones illas posse conducere arbitror, quod ijs ipsorum plenitudo tollatur, exindeq; corporis oborta grauitas, lassitudinesque nõ minus, ipsisq; interim deperdita appetentia robur, quàm facilè comparatur. Etenim in balneo primo calido, & humido corpora per insensibilem transpirationẽ, atq; sudorem tenuioribus succis vacuantur, moxq; contentos in musculis, articulisq; motione, & frictionibus mollibus humores resoluunt. Prima vero, quam in balneo tentant, frictio, quę mollis est, cutem aperit, atque laxat, in

xat, in qua multus ſanguis ex vniuerſo corpore trahitur, ex qua frictione mediocriter vſa is parum reſoluitur, caroq; ab eo gignitur. Vſusq; ob id huius frictionis apud mulieres, vt impingueſcant, ibi eſt affectatiſſimus, ea ſiquidem de cauſa molli à cibo frictione hæ vtuntur; vt ex ea attractum alimentum non diſſoluatur, ſed in carnem, vel adipem vertatur. Secunda frictio, quæ mollis eſt mediocriter, atque multa, multum attracti ſanguinis reſoluit, & euacuat, cutaneosq; multoplus meatus aperit, & laxat, ex qua corpore multum tum vacuato, tum laxato, tertiam frictionem, duram, mediocriter moliuntur, ad ſiſtendam reſolutionem ac vacuationem, atq; ad cutim denſandam atque firmandam. Duro etenim aſperoq; panno ex caprina lana cõtexto, cutem parum vel mediocriter omnium corporis partium fricant. Apparet itaque illarum frictionum vſum non eſſe pro vacuandis corporibus omnino ſpernendum. Cęterum hinc non leuis oriri difficultas videbitur, quando non æquè illas frictiones omnibus corporibus, pro qualibet tollenda humorum plenitudine, conducere poſſe non immeritò ſit ſuſpicandum: Siquidem humores calidi atque tenues, ſuaptè natura, & quàm facilè per cutim uacuari queũt, frigidi uero ac craſſi nequaquam, quod Gal. in lib. 3. epid. his uerbis docuit, dicens: Sępe
» enim dictum iam eſt, ut humores corporis calidiores tenuioresq;
» paratiſſimi ſint ad excretionem: Crudis uero & craſſis, aut per ab-
» ſceſſum aut per ſympepſim, ideſt concoctionem natura medeatur.
Ex quibus frigidis humoribus atque craſſis corporibus exuperantibus peſſimè has frictiones poſſe conducere arbitror, quando ob craſſitiem per tenues corporis meatus illis permeatio non ſit commoda, veluti ijs quę tenuioribus calidioribusq; abundant multi ſore adiumenti has affirmare poſſumus. ALPIN. Quanquam eam ob cauſam multi craſſis, frigidisq; humoribus exuperantes mirum in modum ab ijs frictionibus lędantur, multosq, ego hac cauſa in difficiles viſcerum obſtructiones incidiſſe obſeruauerim, & alios in putridas febres, nihilominus uomitibus copioſioribus, ut Aegyptij priuſquam fricentur, facere conſueſcunt, ſtomacho à cruditatibus probè purgato, illos innoxie ac tutò fricari eo modo poſſe dicerem. GVILAN. Cum, te affirmante, pleraq; illorum corpora, ſtomachum ex ſuperius à nobis cognitis cauſis imbecillum atque infirmum obtineant, crebrioribusq;, cruditatibus vexentur, non minusq; exinde continuè ea corpora hypocondria habeant aliqui-

bus cruditatibus,ac flatibus repleta,nõ uideo,eos tutò fricari posse, etiamsi copiosius in balneo prius vomant, vnica etenim die in multis multa redundantia excrementa, posse vomitu expelli non cogito, quamobrem cogito illas frictiones multis multarum obstructionum occasionem esse posse,vt ex Gal. lib. 4. de sanit.tuen. &8. meth. med. proditum est. Auerrhoesq; acriter Galenum, in lib.de sanit.tuend.docentem febres ex cruditatibus ortas frictionibus curari debere,damnat, quòd corpora illa perfricata, quin in obstructiones incidant,minime effugere possint.Cautè itaque vsus ille vacuandi corpora per frictiones tractandus erit. Sed nunc tempus est,vt ad quos morbos tollẽdos ijs vtantur balneis, narres, quando iam satis superque de his frictionibus à nobis dictum sit,non desunt rationes multæ vtriq; parti fauentes, quibus earum vsus suaderi,& dissuaderi poterit,quod nostrum non est in præsentia contemplari. Sequere itaque reliqua de vsu balneorum in curatione multorum morborum enarrare.

De balneorum apud Aegyptios vsu ad varios morbos persanandos. Cap. XIX.

ALPINVS.

BALNEIS illis ex aqua dulci paratis non secus quam antiqui vtebantur, Aegyptij nostri temporis ad varios tollendos morbos vti solent: nam ijs interim humorum minuentes eo modo, quo dictum est, plenitudinem, corpora à multis morbis ex plenitudine ortis subleuant: interim, cutis meatus adstrictos, atque ex calore, vel frigore, vel siccitate conniuentes aperientes,multas febres exinde genitas sanant. Multis etiam morbis ex sola sicca & calida temperie, vel ex sanguine, vel bili acutiori, vel ab exusto humore obortis,opem præstant. Multasque tum internas tum externas inflammationes persoluunt. Etenim balnea illa, vbi volunt,vacuant humorum exuperantiam, cutis meatus laxant, aperiuntq;,& inflammatas partes aliquando refrigerant,ac siccatas humectant, carnemq; nõ minus à cibo vtentes generant,atque ob id gracilioribus vtiles existunt. GVILAND. Pro quibus autem particularibus morbis,ijs Aegyptij vti soleant,

scire

ſcire cupio. ALPIN. Vſum illorum exercent ad febres ephimeras omnes ex caliditate, frigoreq;, nec minus ex ſiccitate obortas, atque etiam ad putridas, quę ex copia ſanguinis, bilis amarę, atque exuſtæ oriuntur, ad hecticas quoque, & ad omnes inflammationes, melancholicas, variasq; cutis deſędationes, & ad luem veneream, ad ſuppreſſasq; menſtruas purgationes, atque etiam ad earundem immoderatos fluxus, ad ophtalmias, hemorroidum dolores, & vrinæ ſuppreſſionem. GVILAND. Mirum non eſt, ſi balneorum ille vſus, vel illorũ morborum cauſis, vel ipſis morbis, dum rectè omnia comparentur, eos prodere poſſit effectus, in febribus ferè omnibus balnea ex dulci aqua parata vſum vſque in antiquis temporibus apud omnes præcipuos medicos, habuere, neque immeritò, cum ea tali ſint temperie ac facultate prædita, qua calfaciunt, humectant, refrigerant, ſiccant, euacuantes per porros cutis. Gal. enim in 3. lib. de ſanit. tuen. de ijs dixit: Dulcium calfactarũ aquarum, ſi media temperie ſint, uis calida, & humida eſt: ſin tepidiores ſint, humida, & frigida: quod ſi iuſto calidiores fiant, calida quidem, ſed non perinde humida. Ex quibus dignoſcitur illorum balneorum uſum febribus, atq; inflammationibus etiam eſſe utiliſſimum. Siquidem omnes febres in hoc conueniunt, quod in calore, & ſiccitate conſiſtunt, ſiue ipſarum eſſentia ignea exiſtit, quam corrigere ac delere poſſunt tepida dulcia balnea, quippè quæ refrigerant atque humectant, ex quo omnibus febribus cauſis coniunctis carentibus ipſa ualde conducere uidentur, atque etiam alijs ſimul cauſas habentibus quales putridæ exiſtunt, quæ pro cauſis, exuperantiam uariorum humorum putridorum, atque uaſorum obſtructiones habent. In ijs etenim & ſi febrium ratione balnea conueniant, non tamen in principijs ipſarum, quãdo prius febriũ cauſæ ſint auferendæ, quæ ferè contrarijs medicamentis auferuntur. In Ephemeris vero febribus cauſis carentibus ſtatim in principijs homines in balnea tepida ducũt, ueluti eos quibus una cum febre quæpiam etiã cauſa adeſt, qualis obſtructio cutis meatuum exiſtit, uel meatus ijdem ex ſiccitate conſtipati, in eadem balnea moderatè calida in primis ducunt, & mox in tepida, illis etenim conueniunt calida, quia apperiunt obſtructiones, quibus ſublatis, mox tepida conueniunt, & ijs quibus cutis ex ſiccitate conſtipata remanſit, tepida maximè conueniunt, quæ refrigerando atque humectando tum cauſam, tum morbum reſpiciant. Quod Gal. in lib.

8.meth.cap.3.docuit,ijs verbis: Quippè in prima accessione inclinante ducendi in balneo omnes sunt: tum pinguiter simul ac molliter fricandi,ij quidem qui ex aliquo,quod cutim adstrinxit,laborant,sicut dictum est.Qui vero ex siccitate,fricandi quidem & ipsi, sed parcius,lauandi autem uberius. Qualia uero illa sint, quæ ad hecticas febres atque ad putridas,ex te nunc scire cupio. ALPIN. Vsus eorum balneorum apud eos non unus obseruatur,sed multiplex,quando alij balneo utantur tepido,& alij frigido.eo profectò modo,quo Gal.hecticos lauandos docere in lib. 10. meth. mede.uidetur,attamen illis non ualde frigidis utuntur. Tepidum balneum,quo utuntur,alterant lactuca, uiolis,loto Aegyptio scilicet nenuphare,endiuia,sunco,hordeo,coriandro,solatro,malua, folijs uitium,papauere,alijsq; refrigerandi, & humectandi facultate prę-ditis. Hi uero obseruantes ex his febrilem calorem hecticorum nihil diminui,ad frigidum balneum accedunt, sensim ac sensim ad frigiditatem per tepiditatis gradus ascendẽtes,à tepido, siquidem ad minus tepidum,& ab eo ad frigidum, & postea ad magis frigidum ascendẽtes,corporaq; tandem tota subitò in aquam frigidam inijciunt,ut æque simul omnes partes corporis alterentur. In putridis etiam febribus,apud illos usus balneorum est frequentissimus, eo etenim in omnibus tum continuis, exceptis pestilentibus,tum intermittentibus familiarissimè utuntur, non tamen in principijs, sed quando febres statum adeptæ sunt,uel declinare cæperint. In his etenim calidis balneis singulis diebus ante cibum ægrotos immergunt,eosq; ibi per horam morari iubent. GVILAND. Corpora cruditatibus scatentia balneis uti non debere Gal. pluribus in locis docuit,præsertimq; in lib. 10. meth.med.quando ex balneo cruditates funduntur,ac liquantur, atque facilè inuiseera fluere possunt,præsertimq; si aliqua sint imbecilla. Gal.etenim in balneis tria fore obseruanda præcepit,nempè ne qui balneantur aliquo pacto horreant,secundo,ne ullum uiscus imbecillum habeant, demumq; ne multitudo crudorum humorum in primis uenis adsit: Quæ ab
„ ipso in lib.ij.meth.med.hisce uerbis docentur: Tribus enim his in
„ balneo, quod in quacunque febre adhibebis, intentus sis oportet: uni quod citra horrorem sit administratum: Secundo, quod
„ nullum primæ notæ uiscus sit imbecillum: Tertio, quòd multitudo crudorum humorum in primis uenis non contineatur. Horror
„ namque (ut prius dictum est) non solum intendere eam præsen-

tem

,, tem febrem potest, sed cum non fuit, eam interim excitare: Partes
,, uero imbecillæ, liquatos iam humores magis recipiunt: quam an-
,, te quàm liquarẽtur: Crudorum uero humorum copia in totũ cor
,, pus digeritur. Horum si nihil obstet, ex balneis duo hæc ægro
,, compendio accedant, & quod redundantiæ humorum aliquid
,, vacuabitur, & quod multum febrilis calor transpirabit. Quam-
obrem ex his colligitur, quomodo febricitantes balneis vti de-
beant, vt ipsis vtilitatem afferant; ex quibus non video, quam-
obrem Aegyptijs corporibus, tãtopere balnea conducere queant,
quando alias ex te audierim illorum corpora ferè continuò in pri
mis venis multas cruditates habere ALPIN. Verum est, at quis
est putrida febre correptus, cuius nunquam ad vigorem vel decre
mentum etiam febris, venæ mesenterij cruditatibus minime reple-
tæ sint? idcirco illo tẽpore balnea neutiquã tuta esse, assero. sed vbi
illæ cruditates consumptæ sunt; qua ratione neq; in principio ac-
cessionis, neq; in incremento, quãdo neq; cutis meatus peruij facti
sunt, neq; excrementa digesta, Gal. ægrotantes balneis vti debere
meminit in lib. 2. meth. ita dicens. Quo rationabilius nec in febri-
,, lis significationis principio, nec incremento quisquam ęgrotantẽ
,, lauit: quippe densata est hoc tempore, coarctataq́. & cutis ipsa, &
,, quæ sub hac habetur, carnea substantia. At in febris inclinatione
,, incipiente, aut iam progressa, & nos sæpe, & alij medici nonnulli
,, multos sæpenumero ægrotos lauantes, non parum his contuli-
,, mus. Quare cum Aegyptijs quoq. ægrotantibus in primis duo-
bus morbi temporibus, quippe in principio & augmẽto, primarũ
venarum cruditates, quibus & ipsi exuperãt, planè digerãtur, mea
tusq́. cutis, & carnis substãtiæ aperiantur, balnea importuna, & no
xia esse videntur, in alijs vero tẽporibus ipsa utilissima existũt, prę-
sertimq. corporibus calidioribus, calidioribusq́. febribus corre-
ptis, quibus vsus illorum balneorum familiarior, ac magis pecu-
liaris ibi obseruatur. Etenim quanquã his balneis omnes indiscri-
minatim febricitantes vtantur, tamen corpora biliosa, atq. adus-
ta, quæ acrioribus excrementis abundant, igneis febribus correpta
magis in familiari vsu illa habent. Neque id iniuria, cum si ea tẽpe
rati adhibeantur, non modo fuliginosorũ excrementorum acrimo
nia, verum etiam totius massæ sanguinis, hepatisque præsertim fer
uorem ac acutiem compescant, euacuent, & humectent, cutimque
laxent. Quare in biliosis febribus, atque adustis illorum balneo-

tum ibi iure meritò est frequentissimus vsus. Corporaque illa in primis in aerem temperate calidum paululum versari sinunt, in quo exudant, atque cutanei meatus laxantur, mox oleo uiolaceo uel nenupharino ab eis inunguntur: & tertio in aquam tepefactam mergunt, sinuntq; ibi tantisper morari, quousque aqua balnei omnem calorem amiserit, frigidamque redditam ęgri amplius innoxie ferre non possunt: qui è balneo educti linteis abstergũtur, atque exsiccantur, in lectuloque positi aliquantisper dormiunt, mox cibo reficiuntur. in intermittentibus febribus, diebus tãtum, quibus ægri febre non tentantur, in balneum ducuntur, speciatinque in febribus amphimerinis, duplicibusque spurijs tertianis, quartanis, in iis etenim tempore accessionum à balneis abstinent; in tertianis uero exquisitis, vel multum ad ipsarum naturam accedentibus, quotidie balneo utuntur, atque aliquando bis & ter, in corporibus graciliori ac squalidiori habitu, temperamentoque exusto præditis, quotidie frequentant, neque mirum cum Gal. de his in primo libro ad Glauc. tertianarum febrium curationem do
cap. 7. ,, cens, dixerit: Balnea vero calida ex aqua potabili prosunt tũ quia
,, aliquid bilis educunt, tum etiam, quia sua qualitate plurimum
,, iuuant: nam huiusmodi omnia balnea humectant, ac potentia
,, refrigerant, atque hęc obiter de usu balneorum in putridis febribus diximus, quibus illi nil minus familiariter vtuntur ad plures alios morbos, nẽpe ad oculorum inflãmationes: nec ad oculos modo ipsos, sed ad vniuersum corpus, ut corpora exsiccent, atque contemperent. Sunt aliqui, qui pluribus diebus in baneis illis exudantes, atque hepatis flammeam quilitatem ijs contemperantes, à Gallica lue sanari arbitrantur, qui quanto in errore sint, postea cognoscunt, qui intermissa uictus sobrietate, & usu balneorum, quibus ipsorum corpora inaniebantur, ac siccabantur, rursum eodem morbo ægrotant, ijsdemque symptomatis gallicis conflictantur. Sed quid dicemus de melancholicis, qui his tepidis balneis tum in uniuersum corpus, tum pręcipue supra capitis suturam coronalem stillantibus perfectè sanantur, de his satis. Ac si placet hoc tandem sermone diem claudamus. Crastina die polliceor me tibi viro doctissimo omnia tum simplicia, tũ composita medicamenta, quę apud eos in frequenti usu existunt narraturum. Quorum historiam non minus, quam cæterę hucusque à nobis traditæ, utilitati, & uoluptati fore iudicio. finem igitur

ut hodierno sermoni imponamus. GVILANDINVS. Satis loquendo ambo defessi sumus, ut nunc consultius sit, paululum quiescere. Libentissime te crasinane expectabo, ut medicamenta, ab ea gente visitata ex te etiam audire queam. Vale.

FINIS LIBRI TERTII.